QVAESTIONVM
VARIAS CONCERNENTIVM
MATERIAS VALDE SINGVLARES,
& in foro versantibus


Quàm accommodatissimas, simul atque vtilissimas:

Liber nunc primùm æditus.

D. Hieronymo de Monte Brixiano. I. V. D. Celeberrimo, vtriusque signaturæ. S. D. N. PP. dignissimo Referendario Authore.

Cum Summarijs, Indice, & Ordine quæstionum; vt sequens pagina indicabit.

CVM PRIVILEGIIS.









VENETIIS, M D LXXI

Apud Iordanum Zilettum.

QVAESTIONES LIBRI HVIVS IN INFRAscriptis materijs versantur.

Criminum materiæ in diuersis casibus tractatur. 16.25.27.28.30.

Ecclesiæ negotia & ex his dependentia tam quo ad res, quam quo ad personas, continent. 6. 9. 10. 15. 18. 19. 22. 24. 30.

Inquisitionis officium respiciunt. 11. 12.13.14.17.31.32.


Iudiciales simplices sunt. 7. 8. 20.21.23.26.29.

Vltimarum voluntatum varios casus discutiunt. 1. 2. 3. 4. 5.

ODOARDO GVALANDO PISANO,

REVER. EPISCOPO CAESENATIVM:

& viro doctiss. innocentissimoq́.



IORDANVS ZILETTVS. S. P. D.



Mirificus amor in te meus cœpit iam ab illo tempore, quum Bononiæ omni opera, industria omni ad philosophica studia incumbebas; quumq́. libros plurimos tum Græcos, tum Latinos a me quotidie cœmebas. Suauissimis enim collocutionibus tuis, atque eruditissimis, ad docendum facilitate incredibili, summa subtilitate ad arguendum delectabar quàm qui maximè: præterea Bononiense gymnasium vniuersum, in dies diuinis te laudibus ornabat. Romam deinde profectus es, vbi perpetua cum tua fama nomen tuum illuxit: quod

amorem erga te meum adeò auxit, vt cuperem tibi ſecunda omnia: ut optarem celſo in throno te quàmprimum conſpicere ſedentem. Sed, quis tantum virum, tanta doctrina præditum, tot virtutibus, ac moribus ornatum non vnicè amaret, non egregiè coleret? Adde, quòd Piſarum ciuitas celeberrima, bellicaq. gloria florentiſsima, tibi patria eſt: quòd ex familia illius ciuitatis antiquiſsima, nobiliſsimaq. ortus es, ex qua ſemper viri cùm litteris, tum armis vbique gentium clariſsimi fluxerunt: quòd hac ætate in philoſophicis, & mathematicis ſcientiis, in Iuris Ciuilis, & Canonici diſciplina, in theologica doctrina vel principem locum obtineas, vel ſis cum pauciſsimis comparandus. Quantâ inſuper vitæ integritate, quanta diuini cultus religione, quanta prudentia, diligentiaq. in negotiis ſplendeſcas, teſtatur id Hieronymus Rubeus excellentiſsimus, hiſtoriarum Rauennatum libro decimo; id præcipuè teſtatum reliquit Paulus Quartus Pontifex Maximus. Prætereo fidem tuam, charitatem prætereo, prætereo cæteras virtutes, Græcanicæ ac Latialis linguæ candorem, & puritatem, cum Ethruſci ſermonis concinnitate, atque venuſtate prætereo: quibus ornamentis Pontificum reliquorum animos tam belle inflammaſti, ut ſi per valetudinem licuiſſet, quam ſtudiis aſsiduis, quamq.

publicis


publicis negotiis afflixisti, siq. maioris dignitatis cupiditate flagrasses, dubio procul purpureum adhuc galerum adeptus esses: quæ dignitas, & si protrahi, nullo tamen pacto tibi intercipi potest. His, & aliis penè innumerabilibus rebus memoriam tui nunquam ex animo deleui; verùm illam tantisper colam, donec lucis vsura perfruar. Sed nescio, quæ mihi sors obstet, quæ me ad te hìc Venetiis existentem, quem tantum obseruo, nunc accedere, nunc inuisere, ac manus reuerenter nunc exosculari, non ferat. Graui enim infirmitate detentus, lectuloque infixus meum explere desiderium magno meo dolore non valeo. Cæterùm quò me vertam, vt hoc fasce leuetur animus, nihil mihi cogitanti est, præterquàm cùm institutum meum illud sit antiquum, quo doctissimorum monumenta virorum litteris commendata in dies cudi typis facere soleam, eodem, vtcunque possim, aliquam huius obseruantiæ in te meæ propensissimæ notam ostendere decernam. Has igitur quęstiones iuris, varias Hieronymi à Monte tibi vtramque censuram, vltra alias facultates, maximè callenti dicatas volui; tibi, inquam, potius quàm alii meliùs nemini, cùm vt Auctori ipsi charitate posteros iuuandi accenso in eodem, quo tu omnibus antecellis, studio litterario insudare non detrectanti, (simili enim simile manum porrigit): tum

etiam,

etiam, vt ſtudio huic meo aliquid ſuper fundatur dignitatis illius quæ ſemper ex te manare non ceſſat. Quod munuſculum leue quidem, non ignoro, tu ea qua ſoles humanitate accipias, vitamq́ue fœlicem memor mei ducas, etiam oro. Venetiis, XIII. Calendas Maii. M. D. LXXIIII.

INDEX
COPIOSISSIMVS PARITER
ET ORDINATISSIMVS IN QVAESTIONES
D. HIERONYMI DE MONTE BRIXIANI,
I.V.D.& vtriusq; signaturæ.S.D.P.Referendarij.

In quo omnia notatu digna opportunis locis ita congruè ordinata sunt, vt eà inuenire volenti nulla difficultas remaneat.



¶ *Anima-*

B

præcedit

Clericus

 profer-

¶ Coniun-

Dispen-

c Excommu-

Facultas

E.

Hæresi

Sed

Inferiro

Interpre-

N

Opinio

¶ Publi c

Q

R

S tatuta

Tregua

Verbum,

FINIS.

REGISTRVM.

✱ *abcdef*, ABCDEFGHIKLMNOPQR:

Omnes ſunt Quaterniones, præter R, & ✱ *abcde*, qui ſunt Duerniones : & *f*, Ternionem.

VENETIIS,

Apud Iordanum Zilettum. M. D. LXXIIII.

VARIARVM IVRIS QVAESTIONVM QVAE IN FORO VERSANTIBVS QVAM ACCOMMODATISSIMAE SIMVL ATQVE VTILISSIMAE SVNT,

LIBER SINGVLARIS NVNC PRIMVM EDITVS.

D. HIERONYMO DE MONTE
BRIXIANO. I. V. D.
Et Sanct. D. N. PP, in vtraq. singn. Referendario.
AVCTORE.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia an videatur prohibita quando testator legauit totum, integrum, & plenum vsumfructum omnium bonorum.*

2 *Verba pleno iure denotant bona restituenda esse cum omni integritate, & absq; vlla dimiuutione.*

3 *Plenum dicitur cui nihil addi potest maximè concurrente dictione vniuersali.*

4 *Legatum si prestari debet integrum, tunc sine detractione falcidia dari debet.*

5 *Legans totum, integrũ, & plenũ, importat falcidiæ prohibitionẽ.*

6 *Vniuersalia verba gemmata inducunt falcidiæ, & trebellianicæ prohibitionem.*

7 *Verba clara cauillari non possunt.*

8 *Falcidia secundum communem opinionem aliquorum Doctorum tacitè prohiberi potest.*

9 *Falcidia sufficienter prohibita videtur per illa verba totum plenum, & integrum.*

10 *Testator errare potest, & nescire vires eius patrimonij.*

11 *Specialia, & quæ specialiter, vel particulariter nominanda sunt,*

 includinun-

includuntur in verbis generalibus geminatis, vel prægnantibus.

12 *Restrictio ad habilia non fit, nisi ex natura actus, vel subiecta materia.*

13 *Falcidia expressè, & non tacitè prohiberi debet secundum aliam communem opin.*

14 *Lex vbi requirit mentionem specialem fieri non sufficit si verbis generalibus facta sit.*

15 *Expressum dicitur quòd verbis generalibus, & suo proprio nomine exprimitur.*

16 *Iura correctoria nedum ex identitate, sed nec ex rationis maioritate extendi debent.*

17 *Testator voluisse præsumitur id quòd lex vult, & cogitasse quid ius disponit.*

18 *Testator legando totum sine vlla diminutione videtur falcidiam prohibuisse.*

19 *Expressè fieri aliquid vbi requiritur ex eo, quia factum sit contra iuris communis dispositionem, & tunc non diceretur expressum illud q ex coniecturis appareret.*

20 *Falcidia non videtur prohibita per illa verba totum, omne, & integrum, ex eo, quia lex requirit expressè prohiberi.*

21 *Testator licet mandet omnem, & totam hæreditatem restitui non videtur trebellianicam prohibuisse.*

22 *Falcidia non solum tacitè, sed neq; per verba æquipollentia prohiberi potest secundum communes opin.*

23 *Falcidia secundum opinionem Pau. Cast. tanquam æquiorem & magis communem non per verba tacita, sed æquipollentia prohibita videtur.*

24 *Verba equipollentia ex quibus demonstratur falcidia prohiberi quæ sint.*

25 *Verba quando possunt sonare ad esse, & nō esse, non videtur prohibere falcidiam.*

26 *Verba quæ non possunt importare nisi ad esse veluti integraliter, ac sine aliqua diminutione denotant falcidiæ prohibitionem.*

27 *Verba dispositionis intelligenda sunt vt minus ledant ius commune quàm possibile sit.*

28 *Testator in dubio videtur se conformare iuris dispositioni.*

29 *Verbum totum non impedit falcidię detractionem.*

30 *Verbum pleno iure non impedit falcidiæ detractionem.*

31 *Verba totum, plenum, & integrum restitui aliud sonant quam si*

dicetur lego totum integrum, & plenum.

32 *Verborum multiplicatio nihil operatur, quando incontinenti, & in eodem instanti facta fuit, & secus esset, si in eodem instanti hominum actus reiterarentur.*

33 *Verba geminata, vel multiplicata quæ dicantur.*

34 *Testator si legat vxori omnia quæ habet in domo non comprehenditur frumentum quod ibi habeat causa vendendi.*

35 *Dictio quoquomodo si adijciatur verbo vniuersali, omnia comprendit.*

36 *Verba equipollentia denotant falcidiæ prohibitionem quãdo apta sunt hoc importare secundum magis communem opinionem.*

37 *Communis opinio sequenda erit in iudicando, & consulendo nisi euidenter falsa reperietur, vel nisi argumentis probabilibus con uinci posset.*

38 *Testator errare præsumitur, quando legat vltra dodrantem.*

QVAESTIO. PRIMA.



E pluribus dubitatum fuit super Testamento D. Constantij de Monte nobilis Brixiani condito de anno .1555. in quo omnia bona mobilia, & vtensilia generis cuiuscunq; sint existentia in domibus ipsius testatoris, in quibus habitabat, legauit nobili. D. Marthæ de Girellis eius sorori: ciq; domuum vsumfructum toto tempore eius uitæ legauit: & post eius mortem in dicto domuũ usufructu D. Io. Antonium eius filium substituit.

Item legauit nobili D. Paulę de Chizolis eius sorori oĩa bona mobilia, & vtensilia, & animalia cuiuscunq; generis sint existentia in terra, & territorio de MonteClaro, districtus Brixiæ.

Item saluis præmissis legauit omnibus eius D. Testatoris nepotibus ex sororibus per capita, & non per stirpem totum, integrum, & plenum vsumfructum omnium, & quorumcũque eius bonorum stabilium donec vixerint, eosq; inuicem substituit in dicto vsufructu generali cum ista conditione, quòd dicti vsufructuarij dare teneantur sp. artium, & medicine Doctori D. I. Marco, & D. Io. Ducco fratribus de Coradellis sororijs ipsius Ducatos. 1100. alias ab eis receptos ex causa do-

tis, & hoc infra annos. xi. continuos proximè futuros, quos tamen ducatos. 100. pręfati vsufructuarij posſint postea consequi, & hàbere in tanta bonorum ſtabilium proprietate ipſius D. teſtatoris In omnibus aliis ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, & nominibus debitorum, ac liuellis præſentibus, & futuris ſuos hæredes vniuerſales instituit, & ordinauit filios maſculos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos & naſcituros Dominorum Petri, & Io. Francisci fratrum & conſanguineorum germanorum ſuorum per capita & non per ſtirpem: cum hoc quòd ſi vnus, vel plures eorum decederent ſine hæredibus maſculis legitimis, & naturalibus vt ſupra quòd alter eorum, & filij maſculi legitimi vt ſupra ſuperexiſtantes ſuccędant. Et ſi omnes dicti hæredes instituti, & ſubſtituti vt ſuprà decederent ſine filijs maſculis vt ſuprà eo caſu ſubſtituit dictos nepotes ipſius D. Teſtatoris ex dictis ſuis ſororibus, & eorũ deſcendentes vſque in infinitum. Et de ſingulis dubitationibus per ſingulas quæſtiones infra deducendas omnia enucleare conabor.

1 IN primis igitur diſcutiendum venit, vtrum per illa verba legaui totum integrum, & plenum vſumfructum omnium, & quorumcũq; bonorum eius ſtabilium, falcidia videantur prohibita Chriſti, eiuſq; glorioſiſsimę matris Virginis Mariæ nominibus inuocatis licet Doct. varij varia ſenſerint. Nihilominus veritati adhęrere ſperemus: & quòd falcidia ſit prohibita, videtur eſſe tex. in l. decem. iunc. glo. fin. ff. de fideicommiſ. liber. vbi habetur, quòd ſi teſtator totá decem, vel integra reſtitui mandauerit, prohibuiſſe videatur falcidiam detrahi: perinde ac ſi nominatim teſtator dixiſſet ne falcidia detraheretur? & ſimpliciter pro iſta opinione ſecundum Ioan. Cro. in l. nemo poteſt. num. 40 ff. de leg. 1. & Rip. in. l. Centurio, nu. 132. ff. de vulga. & pupil. ſub. eſt tex. in l. qui totam. ff. ad Trebel. vbi hæres grauatus reſtituere totam, præſtat defuncti precibus fidum obſequium, ſi non detrahit tribellianicam: Et ſic apparet per talia verba teſtatorem noluiſſe detrahi: & quamuis iurecon. decidat detrahi poſſe, nihilominus non obſtat, quia loquitur ſecundum tempus. ff. quo teſtator prohibere non poterat, licet hodie poſsit, ergo per talia verba prohibita cenſetur quia ex his verbis de teſtatoris voluntate conſtat

per d.l.qui totam. & de eius potestate non dubitatur per. §. si vero expresſim.in auth.de hære.& fal.

2 Secundò † facere videntur nota.per Anto.de Butr.in consil. 53.magister Beneuenutus.nu.2. vbi illa verba pleno iure denotant,cũ omni integritate, & absq; vlla diminutione aliquid fieri debere.l.seruus quoq;.ff.de leg.3.l. generaliter.ff. qui &, a,quibus.c.querelam, de elec.c.conquestus, de foro compe.c. de monachis.de præben.c.in summa. 26.q.2.c. pastoralis. de dona.& c.cum & plantare.de priuile.

3 Tertiò † deducitur quòd illud dicitur plenum, cui nihil addi potest, maximè concurrente virtute vniuersalis adiũcti, prout esse videtur in isto casu adiunctum vniuersale totum.vt nota. Cor. in consi.195.nu.5.vol.4. vnde si falcidia detrahi posset, non diceretur plenum.

4 Quarto vt † attestatur Alex.in cõsi.133.super quæsitis nu.8. vol. 4. si testator disposuit, quòd integrum legatum præstetur intelligitur tunc legatum fuisse factum sine detractione falcidiæ.l.lex.falcidia. in verbo. integre.ff.ad leg.falc.& l.j.§.cum dicitur.ff.si cui plusquam per leg. falc.

5 Quinto in terminis facere †videntur ea quæ deducit Goz. in consi.43.nu.6.vbi ponderat illa verba,totum,integrum,& plenum,& vult ea importare falcidiæ prohibitionem iuribus ibi per eum deductis.

6 Sextò † ponderandum erit,quòd verba vniuersalia geminata prout sunt in isto casu inducere videntur falcidiæ, & trebellianicæ prohibitionem.l. Balista.ff.ad trebell. nota. gloss.in c.vt circa.de ele.in 6.vnde Bar.in l.1.in 2.q. nu.7.ff.de vulg.& pupill.vult satis dici, expressum quod verbis generalibus demonstratur, & ad hoc adduci possunt nota. per Cor.in consi.207. de pluribus.nu.10.versic.posset quis.vo.2.& per Philip.probũ in c.cum contumacia.num.6.de hæret.in 6.vbi vult quòd non solum actuum geminatio,sed etiam verborum operetur: quia videtur prolata cum maiori deliberatione. c.& si Christus, de iur.iur.& Barba.in consi.1.char.7.vol.1.

Septimo ponderanda veniunt testatoris verba; videlicet in omnibus alijs suis bonis mobilibus,& immobilibus & quia ut dicit Ferratius in cau.32.nu.3.dictio alius alia aliud,de sui natura diuersa à, specificatis includit iuxta nota,in c.sedes Apostolica.de rescript.& in l.si fugitiui. C. de ser.fugi. & per Soci.

in consi. 188. uisa bulla Pau. 2. col. 3. uersi. per illam dictionem alius. Et ideo dici poterit testatoris mentem fuisse quòd legatarij haberent ipsum usumfructum integrum, & similiter ut refert Dec. in consi. 653. casus de quo quæritur nu. 5. uolu. 5. illud uerbum in alijs uidetur separare bona expressa in institutione, a bonis in legato præcedenti comprehensis, quia si hæres instituitur in alijs bonis, ergo in bonis, priuilegatis non uidetur facta institutio, ut uerba manifeste ostendunt.

7 Et cum † clara sint cauillari non possunt. l. 3. C. de lib. præte. & not. glo. in l. necesse. ff. de indiem adiec. & per Bar. in l. si pater filium. §. quindecim in prin. ff. de leg. 3. Et secundum Paris. in consi. 45. num. 6. uol. 3. ne talia uerba frustatoriè uideantur posita debent intelligi de mobilibus futuris, & post testamentum acquirendis per testatorem per Fulgo. in consi. 100. quidam. A. colu. 2. uel intelligi debent quòd in legatis iam factis hæres non censetur institutus, sed illa prius legatarijs debeantur. l. si quis ita fuerit hæres institutus. & ibi Bald. Ange. & alij, not. ff. de hære. inst. & per Pau. Cast. in l. cogi. §. inde quæritur, & Alex. in l. nam quod. §. omnis in fi. ff. ad Trebel.

8 Octauo Corse. † in trac. de potesta. regi. in titu. de trebellianica, num. 2. in fi. dicit hanc esse cōmunem opinionem quòd falcidia tacitè prohiberi possit, hanc etiam esse cōmunem Boerius, affirmat n Decis. 44. nu. 31. & eam esse cōmunem refert Alex. in consil. 5. uol. 3. & istam esse magis cōmmunem attestatur, Parisi. in consi. 21. requisitus. nu. 33. uol. 3. & in consil. 9. num. 9. eodem uo. istam opinionem sequitur Bald. in l. precib. C. de impube. & alijs substi. & Ange. Are. Alexā. Ias. & Ripa. in d. l. Centurio, nu. 132. ff. de uulga. & pupil. ubi per plura fundamenta tenent falcidiam tacitè prohiberi posse. Et Soc. eam amplectitur in l. j. in 2. q. ff. eo. tit. Rip. in l. j. §. sed & quoties. numero quinto. ff. ad trebella. Guid. PP. in quæstion. 537. Curt. in consi. quadragesimonono. in responsione ad quartum fundamentum. Alexan. in consilio ducentesimotertio. num. 40. uolum. 7. & Corn. in consi. 210. column. pen. & in consil. 303. colum. pen. uolum. 1.

9 Vltimo quod † per illa uerba prægnantia totum plenum, & integrum, usumfructum falcidia sufficienter prohibita uideatur, sic probatur quia text. in. §. si uero expressim. in auth. de hæred. & falc. per quem scriben. tenent quòd falcidia expresse prohibe-

prohiberi debeat, non ponit Dec. illam pro forma, s. quòd expressim falcidia prohiberi debeat, sed ponit quòd de mente legis sit, ut clarè, uel apertè de testantis uoluntate constet; Vnde aliquis ducenta simpliciter legando cum non sint in hæreditate nisi ducenta; nō esset clarum testatorem falcidiam prohibere uoluisse, quia poterit esse quòd in uiribus patrimonij
10 erraret. Cū sepe de facultatibus † suis plusq̄ in his est homines sperent insti. quib. ex cau. manu. non lice. §. in fraudem. & iste intellectus probari uidetur ex. §. præcedente ad d. §. si uero expressum: ibi & non puræ, & integræ designationis, & sic ibi apparet de pura uoluntate; & successiue subiungendo, si expressim. intelligitur quod eo modo fiat ut costet de intetione: & quia per expressionem magis constat, ideo usus est uerbo expressim, nihilominus si non aliter expressè prohibenda de certa testantis intētione appareret idem esset, quia legis mens est, ut testatoris uolntas conseruetur secundum quod habetur in §. hinc nobis. in eo. auth. ubi obuiare intendit legibus antiquis quæ inuitis testatoribus falcidiam detrahi permittebant; eo quia illud erat inconueniens, quod adhuc hodie esset, si aliter quàm per specialem expressionē de certa testatoris mēte con staret, & illa conseruaretur. Et hoc clarius ostenditur quia si lex per tacitam uoluntatem nollet falcidiam tolli, quæ tamen non esset expressè prohibita, non opus fuisse declarare, in. §. hæc aūt dicimus, in eo. authe. ꝙ quando legatum est ultra dodrantem præsumatur testator errare, nam lex moueretur non eo quòd non sit expressim prohibita, sed quia non fuit animus
11 testatoris ita uelle, † Vnde quando sunt adiecta premissa uerba pregnantia resultata certa uoluntas, & specialia etiam includuntur, & quæ specialiter, uel particulariter, nominanda erant secundum Feli. in c. nonnulli. nu. 21. de rescrip. & Dec. in consilio. 301. in fi. & latè per Iaso. in consi. 124. in colum. penul.
12 & fi. uolu. 4. Immo per huiusmodi † uerba de testantis mente constare uidetur, cum non fiat restrictio de habilibus nisi ex natura actus, uel subiecta materia per Alex. in l. si patroni. ff. ad Trebell. per Feli. in c. graue. in fi. de offi. ord. & in c. in omni nu. 2. de test. lāte per Ias. in l. quodcunq;. ff. de uerbo. oblig. & per Dec. in consi. 316. col. 3. & tanto magis ista procedunt quando adsunt uerba geminata iuxta. l. balista, & ibi nota per Doc. ff. ad trebel. Nec refert quòd simul, & semel in eodem in-

ſtanti abſq; aliquo interuallo verba ſint geminata, quo caſu non obſtare videtur glo.in l.ſi conuenerit la prima.ff.de pign. actio quia illa deci.glo. intelligitur in actibus hominum reiteratis in eodem inſtanti,& ſecus eſt in verborum geminatione, vt voluit Iaſ.in l.ſi quis in conſcribendo.in fi.C.de pac. & Pariſi.in conſi.71.num.19.20.& 21.vol.3.vbi dicit ꝙ geminatio debet aliquid operari, ne alterum iſtorum ſtaret ſine effectu,arg.l.ſi quando.C.de inoffic.teſta.& ex nota.per glo.communiter approbatam in c.cum vt circa.in verſic.omnia & ſingula.de elec.in 6. & Alex.in conſi.110.col.pen.vol.1.

13 In contrarium † tamen quòd falcidia expreſſe & non tacite prohiberi debeat eſt text.in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. fal.& in.§.ſi verò expreſsim.de hęre.& fal.vbi Bart.in fi.dixit, non ſufficere tacitam prohibitionem arg.l.expreſſe.ff. de reg. iur.& l.nonnunquam.ff.de cond. & demon.& vt ipſe refert in iſta opinione videntur omnes Docto. concordare & Ang. ibi eam ſequitur opinionem quam etiam amplectitur. in l.meminimus.§.ad filiorum,nu.2.C.quando & quibus quar. pars debe.lib.10. dum vult trebellianicam prohiberi non poſſe. niſi ſeruata forma,de qua in d.authen. ſed cum teſtator.& per d.l. qui totam.ff.ad trebel.ſupra in contrarium allegatam.& quam opinionem ſequitur Arc.& Faber.inſti.ad leg.fal.in princ.nu. 2.& quòd falcidia, vel trebellianica expreſsè prohiberi debeat, & non per coniecturas, vel verba obſcura, aut generalia affirmat Oldra.in conſi.248.præſupoſita conſuetudine.num.4.Et in hanc ſententiam inclinare videtur Abba.in c.Raynaldus.de teſta.& Barba.in c.Raynutius,num.47.in verſi.& ex illo textu. & gloſſ.colligo.doctrinam contra communem eod.titu.vbi dicit quòd quando lex. aliquid expreſsim fieri requirit; illud dicitur expreſſum, quòd ſpecialiter exprimitur.§.ſoluto.in verbo expreſſum.iuncta glo.in auth.de nup.& maximè in caſu, in quo ageretur contra iuris communis diſpoſitionem prout eſt in iſto.Et idem affirmat Iaſo.in l.Marcellus.in princ.num.50. ff. ad Trebell.

14 Et pro iſtius opinionis † confirmatione adduci poteſt, quòd vbi lex requirit fieri mentionem ſpecialem, tunc non ſufficit expreſsio verbis generalibus facta,vt not.gloſſ.in clemen.1.in uer.ſpecialiter de iud. & habetur in l.ſi quando. §. & generaliter,cum ibi nota.C.de inoff.teſtamen.

15 Prædi-

15 Prædicta etiam corroborari possunt, quia expressum dicitur quod verbis generalibus,& suo proprio nomine exprimitur.l. quod in rerum.§.fin.iuncta.gloss.ff.de lega.1. & ideo si aliqua expresśio singulariter fieri debeat non sufficit generalis, sed specialis expresśio requiritur, per ea quæ habentur in cle.procurator.de elec.& idem erit quando omnia & singula sunt exprimenda d.c.vt circa.de elec.in 6.

Adducitur etiam pro confirmatione istius opinionis, quòd de iure cōi falcidia,& trebel.prohiberi nō poterat.l.Titia in fi. l.quod de bonis.§.fi.& l.seius,& Augerius.ff.ad l.fal.& l.j.ff.ad trebell. sed postmodum ius commune correctum fuit per d.§. si uerò expresśim.vbi cauetur quòd falcidia expresśè sit prohibenda: cum ergo simus in correctorijs iuris communis exten-
16 sio fieri non poterit, quod † falcidia tacitè prohiberi ualeat, quia iura correctoria ne dum ex identitate, sed nec ex rationis maioritate extendi debent vt habetur in glo. communiter approbata in auct.quas actiones.& ibi per Bar.& docto. C.de sacrosanct.eccle.& hanc opi.tenet Curt.in consil.75. Dominus Lodouicus.colum.5.versi.sed præmisśis non obstantibus: vbi dicit falcidiam contra testatoris voluntatem non detrahi:Imò secūdum eius volūtatem tacitam detrahi debere nisi expresśè
17 illam prohibeat, si ergo † illam nō prohibet tacitè vr̄ detrahi posse,quia p̄sumitur testator voluisse id quod lex vult, & eius voluntas talis esse p̄sumitur qualis est legis dispositio: & præsumitur cogitasse velle illud,quod ius disponit: & sic cum potuerit expresśè prohibere, & non prohibuit,voluisse videtur illam eo modo detrahi,vt ius disponit: Et per plura,quæ ad hoc congerit similiter Bal.istam opin. sequendo in consi.398.præmittendum volum.4.vbi dicit quòd si falcidia non fuerit expresśè
18 prohibita detrahi †poterit per ea quæ habētur in d.c. Ray. de testa.in 6.secus verò esset si dixisset lego totum sine vlla diminutione, quia tunc ista verba sine vlla diminutione sunt prohibitoria,& aliquid operari debent ideo falcidiā cessare faciunt.
19 Et ex not.per Ang.insti.ad † leg. fal.in prin.num.2. probari uidetur falcidiam detrahi posse quia vt ipse dicit vbi requiritur aliquid. expresśè fieri non ex eo quia sit contra iuris communis dispositionem, sed quia lex sic mandat tunc etiam expresśè fieri dicitur illud quod ex coniecturis apparet: sed vbi lex requirit aliquid fieri expresśè pro eo quod est factum simpliciter

plciter contra iuris cõmunis diſpoſitionem pro vt eſt in caſu noſtro tunc fieri expreſsè dicitur quod fit per verba hoc expreſsè importantia d.§.ſi expreſsim.

Ad hoc etiam facere videtur quod not.Ludo.Roma.in con ſil.75. neſcio qua ex re. vbi ſi teſtator hæredi mandat quòd totam vxori hæreditatem reſtituat nihilominus trebellianica nõ videtur prohibita per.l.ita tamen.§.trebellianica.l.ſi hæres ab eo.§.ſi totam.l.Lucius.§.hæres inſtitutus.ff.ad Trebel.& ſic vt
20 ipſe vult cum lex dicat falcidiæ † prohibitionem expreſsè fieri debere: ideo per illa verba totam,omnem, & integram in ultima uoluntate deſcripta nõ inducit falcidiæ prohibitionem, & ſimiliter Barba.in conſi.24.illud afferam,nu.7.uol.1. uide-
21 tur eſſe eiuſdem ſententiæ, dum dicit quod † licet teſtator generaliter loquẽdo omnem,& totam hæreditatem reſtitui mandet,non uidetur prohibuiſſe trebellianicę detractionem per d. l.ſi totam.l.ſi hæres ab eo.& d.l.Lucius.§.hęres inſtitutus.ff.ad Trebel.& per illud,quod uoluit glo. in l.neratius.ff.de religio. & ſumpti.fune.& l.ſi quis ad declinandam.C. de Epiſ. & Cle. & l.2.§.ad filiorum. C.qñ & quibus quar. par.debe. lib.10.
22 Vltimo † Soc.in conſi.33.proſequẽdo.nu.16.uol.1.per plura fundamenta concludit quod non ſolum tacite, ſed neq; per verba æquipollentia prohiberi poſsit.Et ꝙ falcidia tacitè prohiberi non poſsit Bene.Cap.in conſi.36. quædam Domina in fi.affirmat hanc eſſe communem opinionem.Et Io.Crot.in d. l.nemo poteſt.num.40.ff.de leg.1. reprehendendo Alex.in d. conſi.5.colum. fi.uolum. 3. tenet hanc eſſe magis cõmunem. Et hanc eſſe communem uoluit Beltran. in conſil. 148.ſi honor in ulti.dubio.uolu.3.licet poſtmodum contrarium tenuerit in conſil.241. uiſo.in eo.uolu.Et Didacus couarru.in d.c. Raynald.§.3.nu.6.de Teſta.dicit licet teſtator prohibere poſſit falcidiam, ſi tamen expreſſe non prohibuit fiet eius deductio contra teſtatoris uoluntatem ſaltem tacitam.

In tanta autem Doctorum diſcrepantia opinio Pau. Caſtr. in d.auth.ſed cum teſtator.C.ad leg. fal.mihi ſemper uiſa fuit amplectenda tanquam æquior,& magis iuri,& æquitati conſona, & à pluribus Doctoribus comprobata tãquam magis communis ut refert Corſe.in d.tract.de poteſta.regi.in titu.de trebel. nu.2.in fi. quare concludi poſſe uidetur in pręſenti difficultate per dicta uerba.ſ.legaui totum integrum, & plenum uſum-

usumfructum omnium,& quorumcũq; eius bonorum, tacitè. Falcidiam non fuisse prohibitam, quia ut sentit Pau. Castr. ibi
23 eundo in vtramq; opinionem † falcidia nõ uidetur prohibita per uerba tacita,sed per æquipollentia apta.hoc operari, ueluti quando testator legata absq; aliqua diminutione solui mandauit: Et secus esset si verba aliud importare possent, ut si dixisset pleno iure,quia possunt intelligi respectu proprietatis,& usufructus uel ratione dominij directi ut nota.in l. fi.ff.de rei uen.& l.mater.& ibi per Bart.C.ad tertul.Idem si testator dixisset lego totum fundum,quia aliud est dicere lego totum fundum,& aliud si diceretur mando tota solui,vel tradi,nisi enim totum legaretur,non esset de falcidia tractandum, quia altera pars, quæ non fuit legata, sufficeret pro falcidiæ detractione. Et idem uoluisse uidetur Pau.Cast.in consi.148.secundum impressionem antiquam: sed secundum modernam in cons.28. uolu.2.in causa quæ uertitur. inter Petrum & Io.de Cordinellis de Florentia.ubi dixit quòd donatrix falcidiam non prohibuit,sed potius eam detrahi uoluit per illa uerba.s.quia donauit omnia singula bona, & pleno iure ponens donatarium in eius locum, ut facere posset omnia,& singula, quæ ipsa facere poterat: quæ quidem uerba ex quo aliud operari, & alium significatum importare possunt,falcidiæ prohibitionem nõ important: subdens pro ista opinione quòd falcidia non uideatur prohibita esse triplicem authoritatem,s. Oldr. consi. 248. præsupposita consuetudine,num.4.& Bar.in d.l. Centurio.in 3.q.princ.ff.de uulga. & pupil.& Ange.in d.§. si uerò expressim, ac uult in contrariam opinionem non esse nisi Bal. in d.l. precib. C.de impube.& alijs sub.Et ut ipse Pau. Castr.asserit si
24 donatrix dixisset dicta bona donata † integraliter. Et sine aliqua diminutione ad donatarium pertinere, tunc clarum esset falcidiæ detractionem prohibitam uideri: Cum non possit considerari, quid aliud uelint dicta verba operari.l.decẽ in fi.& ibi gloss. ff.de fideicom.lib. & not. Bal.in dicta auth.sed cum te-
25 stator.& in d.l.precibus. Et sic † secũdum eum quando uerba sonare possunt ad esse,& non esse ueluti omnia,& tota, & pleno iure, & tunc uidentur aliud importare quam falcidiæ prohibitionem, & non derogarent iuris communis dispositioni, hac ratione quia probatio necessaria concludere debet, & isto modo intelligit dicta Docto.s. Oldra. Bar. Ange.& Aliorum Docto-

Doctorum d centium quòd requiritur expressa, & clarà prohibitio, & non per coniecturas, nam intelligit de coniecturis quę possunt se habere ad esse, & non esse, & si uerba apposita fuis-
26 sent quę aliud †importare nõ possent. nec se habere nisi ad esse ueluti sunt illa uerba integraliter, & sine aliqua diminutione, & tunc sequitur opinionem Bal. in d. l. precibus. & secundum dictam distinctionem ad concordiam reducit authoritates Docto. discrepantium; & ut ipse dicit si interrogati fuissent credit hoc idem uoluisse, & præfatam rationem tamquam rationabilẽ approbasse. Et similiter secundũ Cor. in cõsi. 207. de plutibus. num. 10. uersic. posset quis. uolu. 2. dum refert, & sequitur Pau. Cast. in d. auth. sed cum testator. habetur quòd si uerba sint clara, & non posint aliud importare ueluti si testator dicat quod hæres soluat integraliter, uel sine ulla diminutione tunc falcidia, siue trebellianica prohibita esse censeatur; & ita procedit. d. lex. decem. cum sua glo. Et secus esset si testator diceret quod relinquit totam, uel integram hæreditatem seu totum, & integrũ fundum, quia aliud est legare totum fundum: & aliud est totum solui. & secundum relata per eum uidit iuxta opinionem Pau. Cast. consultum fuisse per Bene. Cap. in consi. 83. Ciprianus de Fulgineo, & illi consi. Cap. plures Docto. se subscripsisse: & hæc ratio Pau. Cast. satis rationabilis uidetur Cor. & quãplura dicta Doctorum adinuicem repugnantia eum ista distinctione ad concordiam reduci possunt ut ipse affirmat. Et istam Pau. Cast. opin. sequitur quoq; Are. in consi. 12. in causa Nicolai, col. fi. & eam asserit ueram, & admittendam: quia ubi dispositionis uerba ad alium sensum trahi possunt semper intelligenda sunt, ut ius commune minus ledatur quàm posibile sit. c. dudum el 2. de deci. & in c. dilectus. de consu. Et in dubio testator uidetur se conformare iuris dispo-
28 sitioni. c. 1. §. filia uerò. de † succes. feu. no. Bar. in l. iure. §. si liberi. in princ. ff. de oper. liber. & l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & per Alcia. in trac. præsumptio. reg. 3. præsumptio 32. in prin. Et istam Pau. Cast. opi. hucusq; non uidi, a, nemine impugnatam, Et est uerum secundum Ang. in d. auth. sed cum testator, nu. 2. quòd quando testator legatum integrum præstari uoluit, ueluti quia in certum usum conuerti uoluit qui usus facta detractione falcidiæ impleri non posset, tunc ista simul iuncta operarentur quòd falcidia detrahi non posset.

Et licet

Et licet ex præd cta distinctione Pau.Cast. uideantur sufficienter sublata hinc inde deducta prout utraq; opinione: tamen clarius, ac specialius respondendo, opinionem affirmantium falcidiam tacitè prohiberi posse euacuare enitar: quia illa opinio contra intentionem nostram urgere uidetur, & in primis non obstat dicta.l.decem.iunc.glo.ff.de fideicomis. liber. in contrarium deducta: quia ut retulit Pau.Cast.in d.consi.28.nu.4. dicta uerba nil aliud importare possunt quàm ad esse, & cum non possint aliud operari falcidiæ detractionem importare uidentur, & simil ter non obstant d. l. qui totam. quia à pluribus Docto. ponderatur facere in contrarium.s.quòd falcidia, uel trebellianica tacitè prohiberi non possit prout inter alios ponderauit Corse.in.d.trac.de potestate regia.in tit.de trebel
29 lianica nu.2.ubi etiam † plures Allegat leges, in quibus habetur, quòd si testator mandat totam hęreditatem restitui, nihilominus hæres quartam detrahit. Et prout Rip. etiam ponderauit tex.in.l.j.§.deniq;nu.4.ff.ad trebel.ubi hæres totam hæreditatem non deducta falcidia restituere rogatus fuerat, igitur apparet quòd uerbum totam falcidiæ detractionem nō impedit, quia si impedisset superfluum fuisset ponere illa uerba.s. non deducta falcidia. Nec obstare uidentur ea quæ traduntur ab Antonio de Butr. in.d. consi. 53. quia illa uerba pleno
30 iure † secundum Pau.Cast.in.d.consi.28. in uersi. pręterea di uersimodè intelligi possunt, ac uerificari in rebus restitutioni subiectis per ea quæ uoluit Bene.Cap. in.d.conf.83.& latè per Caro.Roui. præceptorem meum in consi.131.de duob.nu.8. uol.2.& ut refert Ludo.Roma.in consi.79.quem sequitur Tiraquel.in.l.si unquam in fin.C.de reno. dona.nunquam meminit p illa uerba pleno iure falcidiæ prohibitionē tacitè notari.

Nec refragari uidentur uerba uniuersalia multiplicata uidelicet totū, integrū,& plenum usumfructum omnium bonorum prout in oppositum Cor. Alex.& Gozadi. in citatis locis pon-
31 derare uidentur, quia aliud † est si testator mandat legatum, totum, integrum,& plenum restitui:& aliud est, si dicat lego totum, integrum, & plenum usumfructum per ea quæ tradidit Ludo. Roma.in.d.consi.75.& in consi. 79. Cor. quoq; istam facit differentiam in citato consi.207. de pluribus. Vel etiam
32 responderi potest quòd ista uerborum† multiplicatio nihil operatur quando in continenti, & in eodem instanti facta esset

secundum

ſecundum.d.glo.in.l.ſi conuenerit.la. 1.ff. de pigno. actio. & habetur per Matthe.de Afflic.in Deci.285.nu.12.

Nec obſtat dum in ultimo fundamento in contrarium deducto dicebatur nõ obſtare gl.in.d.l.ſi conuenerit.quia intelligitur in actibus hominum in eodem inſtanti reiteratis, & ſecus eſſe in uerborum geminatione in eodem inſtanti:cum reſponderi poſsit parificari illud, quod fit actibus, & illud quod fit uerbis.l.Pau.reſpondit.ff.rem rat. habe.& l.de quibus.ff. de legi.ubi habetur nihil intereſſe ſi populus ſuffragio, uel factis uoluntatem ſuam declaret. Neq; etiam aduerſari uidetur.d.l. baliſt. ff. ad trebel. quia ibi erant uerba geminata quantacunq; iuncta cum uerbo pecunia, & ideo quarta non uenit detrahenda, ſed alterum ſine altero hoc non operaretur ut ibi per Pau. Caſt.&ſic tex.nõ fundat ſe in uerbo geminato quãtũcunq;.ſed in uerbo pecunia, quid eſt generale. Vel etiam reſponderi po
33 teſt in caſu noſtro nõ eſſe uerba geminata,quia ut dicit Corſe. de poteſta.regi.in tit.de uerbis geminatis nu. 12.uerba geminata non dicuntur, ſed multiplicata ueluti ſi diceretur ſufficiẽter, & idoneè cle.1.in uerſi.& cum abſoluendus fuerit ſufficiẽter,& idoneę de pen.& per tex in.c.examinata.in prin.de iudi. ibi incongruentem, & ineptam. & deducit Bal. in.d. auth. ſed cum teſtator.col.2.uerſi. quid ſi teſtator.& Roma in l. Marcellus.§.j.ff.ad trebel. Et idem uoluit Barba. in conſi.66.pręclarè ſcribitur.col.6.uol.1. Et idem dici poterit de uerbis totum, plenum,& integrum quòd nõ ſint uerba geminata,ſed multiplicata, quia ut atteſtatur Iaſ. in conſi. 124. uiſo teſtamento M. Antonij col. pen. uol. 4. uerba geminata dicuntur iſta. ſ. quecunq;, quãtacunq;, quomodolibet,quoquomodo,& quicquid:quę uerba ſi dictioni uniuerſali appoſita fuiſſent.ſ.omnia tunc reſtrictionẽ impedirent quæ aliàs fieret,& facerent uenire in generalem alienationem, & quæ aliàs non uenirent. Vnde ſi teſtator uxori legat omnia quæ habet in domo,non ueni-
34 ret frumentum, † quod ibi habebat cauſa uendendi per Bar. in.l.generali.§.uxori.ff.de uſufructu. lega. ſi tamen ultra dictũ terminum uniuerſalem adiiceretur dictio quoquomodo, ut ſi
35 diceret omnia uxori lego, quæ in † domo quoquomodo habeo, tunc illa reſtrictio non fieret,immò frumentum tunc etiã ueniret,quod habebat ibi uenale. l.ſi ita fuerit. ff. de leg. 3. & glo.in.c.ut inquiſitionis.§.prohibemus.in uerbo. quoquomodo de

do de

do de hęre.in.6.& per Alex.in consi.118. in casu de quo quæritur col.2.uol.5.ubi tanto magis ista procedere ubi signa uniuersalia sunt adiecta, ueluti omnibus quibuscunq;. Et similiter Ripa.in.l.fideicomiss.nu.5.ff.ad trebel. dicit aliud esse quando dicta geminata substantiuo iung tur ut in. d. l. balista ibi quantacunq; pecunia ad eum peruenerit, quia perinde stat ac si specialiter restituere fructus grauatus fuisset,& prout ibi Bar. & alij ita intelligunt: & ex his apparere uidetur uerba geminata illi appellari, uidelicet quantacunque, & alia similia, de quibus supra, & sic uerba totum plenum, & integrum geminata non dicuntur sed multiplicata.

Nec aduersatur distinctioni Pau. Cast.Opi.Alex.in d. consi. 138.quia ipsemet respondendo.d.§.si uerò expresśim. in quo lex corrigendo prouidit testatorem debere falcidiæ detractionem expresśe prohibere, dicit prohibitionem falcidiæ ualere licet expresśe non fiat dummodo facta fuerit per uerba expresse prohibitionem importantia, uidelicet mando restitui sine ulla diminutione. uel si testator mandat legatum totum, integrum & plenum restitui, & per alia uerba similia, quæ sunt dissimilia uerbis in testamento. D. Constantij descriptis, & sic Alex. pertransire potius uidetur cum opinione Pau. Cast. quã contra eam. Minusq; contrariari uidentur deducta per Deci. in.d.consi.657. quia ut attestatur.D.Caro. Roui. in.d.consi. 40. uiso. & bene. nu. 12. uol. 2. testaror non uidetur uoluisse omnia legata iam facta ab institutione eximere,immo sub illa includi ut per Pau.Cast.in.l.cogi.§.inde quęritur.ff.ad trebel. & per Alex.in.l.nam quod.§. non omnis. ff. eod.nec testator, ut ipse refert, per talia uerba uoluisse uidetur ab uniuersali institutione legata separare,nec uelle,quòd in illis institutus nequeat esse hęres: sed magis declarare uoluit legata in effectu apud hæredem remanere non debere, & sic quod ab illis per institutionem recedere non intendit, clausula igitur illa. s. in omnibus alijs, & solum exprimitur ad legatorum præcedentiũ conseruationem non autem ad augendum, uel diminuendum & sic expressa non dicitur ut in totum ususfructus legatus, à propr etate separetur,qui separatus non intelligitur nisi expresse dicatur, ut quia reliquit bona deducto usufructu: & sic per illa uerba in omnibus alijs declaratur, à legatis iam factis non uideri recessum de quibus facilius dubitari poterat, si expres-

sum

sum non fuisset, & licet illa uerba ad cautellam, & dubitationis tolende gratia ponantur: attamen negari non potest quin sit dubium utrum uerba in alijs expressa fuerint ad effectum, de quo supra, uel ut usus fructus, à proprietate in totum segregetur. l. si ita sit scriptum. & l. apud Iulianũ. §. sermo. ff. de leg. j.

Nec etiam refragari uidentur ea, quæ deducuntur, à Corse. in. d. tract. de potesta. regi. in tit. de trebellianica nu. 2. & à Boeri. in Deci. 44. num. 31. & à Rip. in. d. l. Centurio num. 32. ubi post multa fundamenta conueniunt cum Alex. in consi. 5. uol. 3. attestante * communem opini. esse quòd falcidia tacitè prohiberi posśit prout etiam Parisi. in consi. 21. requisitus, & in consi. 9. uol. 3. dic t istam esse * magis communem opinio. Neq; etiam alia dicta Docto. in contrarium supra relata ob-
36 stant quia si rectè ponderentur illorũ † maior pars dicit quòd falcidia per uerba æquipollentia tacitè prohiberi poterit, neq; impugnant opinionem Pau. Cast. in. d. auth. sed cum testator immo Corse. in contrarium allegatus in. d. tract. eam approbare uidetur dum dicit idem quòd Pau. Cast. uidelicet falcidiam per uerba æquipollentia apta hoc comprehendere tacitè prohiberi posse: & affirmat hanc esse * magis communem opinionem, quam quasi omnes sequi uidentur. Et quòd ista sit * communis opinio. attestatur Io. Crot. in. d. l. nemo potest. ff. de legi. j. & Benedi. Cap. in consi. 36. in fi. uel respònderi posset; dato quòd illa esset communis uidelicet quòd falcidia tacitè prohiberi posset, & secundum * communem opinionem consu-
37 lere, & iudicare. deberemus † ut uoluit Alex. in consi. 25. uiso puncto. nu. 2. uol. 6. Curt. sen. in consi. 43. num. 3. & in consi. nu. 9. & 13. & Capra in cõsi. 2. nu. 25. tamen quando * communis opinio euidenter reperiretur falsa, seu probabilibus argumẽtis & rationibus conuinci posset, ut accutisśimi ingenij Iudex existimabit tunc sequenda non erit secundum Abba. in. c. tua nos. num. 9. de usur. Barba in consi. 28. scripsit bellisśimè nu. 2. uol. 1. Et Deci. in. c. canonum statuta. num. 41. de consti. ubi plura ad hoc congerunt, Et prout ex supra deductis rationabilibus argumentis conuinci uidetur illorum opinio, quòd falcidia tacitè prohiberi posśit. Et ideo Pau. Cast. opinionam tanquam æquiorem, & iuri consonam sequendam esse arbitror.

Neque etiam aduersari uidentur ea quæ vltimo loco in contrarium deducta fuere dum dicebatur quòd dicto. §. si uerò

exprefsim,


expreſsim, non ponit deciſionem illã pro forma ſcilicet quòd falcidia expreſſe prohiberi debeat ſed quòd de mente legis eſt ut clarè, uel aperte conſtet de teſtatoris mente, dum etiã pon-
38 derabam. §. hæc aut dicimus in authen. de hæred. & falc. ubi † teſtator errare præſumitur quando ultra dodrantem legauit, & ſic non eſt pure, & integre deſignationis, & ſucceſsiue per. §. ſi uero expreſsim. ſubiungendo expreſsim ſufficit ſi appareat de pura teſtantis mente, & non eſt neceſſe quòd expreſsè prohibeat, ſed uſus eſt uerbo expreſſum quia magis conſtat de teſtatoris mente, deinde ſequitur d. §. ſi uero expreſsim. ubi dicitur quòd ſi teſtator expreſſe deſignauerit hæredẽ non debere falcidiam detrahere quòd teſtantis uoluntas ſeruanda erit ecce ergo quòd datur intelligi ex illis duobus. §. quòd quotieſcunq; teſtator legauerit ultra dodrantem quòd ſemper errare præſumatur niſi falcidiam expreſſe prohibuit: & iſtis ſic conſideratis prędicta potius facere uidentur pro opinione tenẽtium quòd falcidia non tacitè, ſed expreſsè prohiberi debeat. ſeu ſaltem per uerba æquipollentia, & prægnantia teſtantis mentem demonſtrantia de quibus ſupra, & non per uerba lego totum, plenum, & integrũ, quæ poſſunt aliud importare ut ſuprà. Et poſtquam mihi præſtita fuit occaſio ſcribendi vel conſulendi ſuper hac quæſtione, & ſequentibus, uenit in lucem Comentarium acutis; imi ingenij Iulij Clarij ſuper. §. teſtamentum: & ubi mihi uiſum fuerit aliquid peripſum tractari pertinens ad materiam noſtram, illud referre ſtatui. Et præcipuè quod continetur in q. 62. uerſi. ſed nunquid teſtator ubi dubitauit; ſi teſtator uſus fuerit uerbis uniuerſalibus. Vel æquipollentibus, quid erit reſoluendum: ut ſi teſtator dixiſſet, uolo quòd hæres meus reſtituat totam, & integram meam hæreditatem: uel ſine aliqua diminutione, uel pleno iure: & plures deducit Doctores atteſtantes comunem opi. eſſe quòd per hæc uerba non cenſeatur prohibita detractio trebellianicæ, licet poſt modum inclinet in contrariam opinionem deducendo multo plures
✲ alios Doctores atteſtantes ✲ communem opinionem eſſe in contrarium quòd prohibita cenſeatẽ ac etiam ſubdit non eſſe recedendum ab hac pratica, niſi ex aliquibus coniecturis colligi poſſet teſtatorem aliter ſenſiſſe: hoc enim caſu tenenda eſſet contraria Opi. quæ ut dixit eſt æquior, & in his caſibus bonum eſt habere Iudicem fauorabilem. Et iſta Opi. uidetẽ etiam con-

formis opinioni Paul.Caſ.quantum ad hoc quòd per uerba æquipollentia prohibeatur: ſed in caſu iſto non adſunt uerba æquipollentia: ergo prohibita non uidetur.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia de omnium bonorum vſufructu detrahi non poteſt,*
2 *Falcidia de omnium bonorum vſufructu detrahi poteſt.*
3 *Teſtator errare præſumitur quando hæredi minorem quantitatem reliquit de ſuo patrimonio, quam debuit.*
4 *Doctorum dicta intelligi debent ſecundum legem quam allegant.*
5 *Legatum vſusfructus omnium bonorum valet dummodo dodrantem non excedat.*
6 *Vſusfructus defuncta perſona, cui fuerat legatus extinguitur.*
7 *Vſufructu legato vt cognoſcatur quantum durare poſsit fit computatio ætatis iuxta legem hæreditatum.ff.ad l.fal.*
8 *Spes fallibilis in conſideratione eſſe non debet, neque in falcidiam computari.*
9 *Falcidia qualiter detrahatur de vſufructu omnium bonorum.*
10 *Falcidia non ſolum de legato vſusfructus omnium bonorum detrahi poterit ſed etiam de omnibus legatis.*
11 *Falcidia detrahitur de vſufructu habita æſtimatione iuxta l.hæreditatum.ff.ad l.fal.*

QVAESTIO. II.



STANTE reſolutione in præcedenti quæſt.facta quòd falcidia perdicta uerba lego totum plenum, & integrum, uſumfructum prohibita non ſit prout in præce.q. concluſum fuit, nunc diſcutiendum uenit, an de legato
1 uſusfructus omnium bonorum † falcidia detrahi poſsit. Et quòd de omnium bonorum uſufructu falcidia detrahi non poſsit uidetur eſſe glo.magna in.l.1.§.uſusfructus.ff.ad leg.falc.ubi expreſsè notat nudam proprietatem hæredi computari in quartam. Et in eandem ſententiam ibi inclinare uidetur. Bar.dum tenet illud quod eſt in utilitate, re uel ſpe in quarta computari, & idem ſentire uidetur in l.uxori meæ.ff.de uſufruc.lega.dum dicit uſumfructuarium omnium bonorum

bonorum usumfructum consequi debere detracta falcidia, & postmodum uult filium habere legitimam suam non in proprietate tantum, sed etiam in usufructu. ergo innuit quòd hæres extraneus in proprietate tantum falcidiam habere debeat, quam etiam opinionem sequitur Bal.in.l.fi.nu.9.in uersi.& circa prædicta sic distingue.C.de indic.uidu.tol.

2 His tamen non obstantibus ueritas in contrarium esse uidetur quòd de omnium bonorum usufructu falcidia detrahi possit,ut est tex.in terminis in.l.omnium bonorum.ff.de usufruct. ubi habetur quòd omnium bonorum usus fructus legari potest dummodo dodrantis æstimationem non excedat, Et sic etiam glo.ibi intelligit. d. tex. in eo quod dicit dodrãtis æstimationẽ non excedat habere locum in extraneo hærede instituto, & in filijs secus esse quia habẽt legitimam cum usufructu: colligitur ergo quòd hæres extraneus de usufructu falcidiã habebit quæ erit quarta pars,& filius habebit legitimam cum usufructu quæ saltem erit triens secundum nota. in auth. nouissima. C. de in off.testa.& in corpore unde sumitur de trien.& semis.Et quòd de omnium bonorũ usufructu legato falcidia detrahi debeat, uidetur facere tex.in.§.si uero non fuerit uersi. hæc autem dicimus.in auth de hære. & fal.ubi testator errare † præsumitur cũ 3
de sua substãtia hæredi ampliorem quantitatem relinquere debuisset pro minore disposuit. Et sic errantis sententiæ, & non puræ & integræ designationis erit. Ecce ergo quòd si testator hæredi falcidiam non relinquit errare præsumitur, & eam detrahere poterit facto inuentario ut ibi exponit glo. in uerbo. hæc autem, Et hanc opinionem sequitur floria.in d.l.omnium bonorũ: & Bar.in.l.Titiæ cum.§.Titia.nu.7.ff.de leg.2.expressè idem tenet: & in auth.hoc loco.num.8.in secun.lec. C.si secum.nup.& in.d.l.uxori meæ. supra in contrarium allegata uidetur si rectè intueatur idem sentire dum uult omnium bonorum usufructuarium detracta falcidia usumfructum consequi

4 debere per.d.l.omnium bonorum. cum † igitur Docto. dicta intelligi debeant secundum legem quam allegant ut per Bart. in.l.non.solum.§.liberationis,num.7.ff.de lib.lega.& in.l.cum quædam uersi.solutio intelligo.ff.de his quibus,ut indi.Roma. in cõs.76.in causa nobilis uiri.col.fi.uers.sed ut poteris clarissime. Ias.in.§.rursus.nu.33.insti.de actio.Afflic.Deci.73.nu.4. & deci.321.nu.16.Et Paris.in cõs.71.nu.12.uol.3.Ergo.&c.

Et licet Bart. in. d. l.uxori.postmodum uelit quòd filius legitimam in proprietate, & usufructu habere debeat per hoc non excludit quin extraneus hæres falcidiam habere possit. prout habetur etiam in Dec. Tholo.462. allegãdo Bar. in citato loco. Et Bar.opi.sequitur etiam Bene. Cap.in consi. 9. nu. 17.& in consi.68 num.9. ubi dicit quòd si hæreditas adeo est grauata relictis, & legatis quòd apud ipsos hæredes non remaneat quarta pars tunc poterunt detrahere falcidiam de usufructu relicto & de legatis. Et similiter Pau.Cast.in cõsi.387. ꝗ uxor.q. restori. in fin.concludit in legato. usufructus omnium bonorum uxori facto extraneis institutis uxorem habere integrum usumfructum dummodo dodrantem non excedat: ergo hæres extraneus quadrantem habebit. Et D. Caro. Roui. præce-
5 ptor meus in consi.40. uiso & bene † ponderato. num.4.uo.2. tenet ualere legatum usufructus omnium bonorum, dummodo dodrantem non excedat per.d.l. omnium bonorum. Et si excederet per falcidiam minueretur in hærede extraneo instituto, sed in filio instituto usque ad legitimam. Et de his latè habetur per Soc.in consi.1.nu.3.uo.4. Et tanto magis in præsenti casu de omnium bonorum usufructu falcidia detrahi de-
6 bet quia usufructus † non uni personæ tantum est relictus qua defuncta extingui possit iuxta.l.sicut in annos.in fi.&. l. si usufructuarius cũ glo. ff. quibus mo.usufruct. amit. §.finitur. Insti.de usufruct.l.si patri tuo.l.ambiguitatẽ.l. corruptionem.C. eod.&.l.usumfructum.ff.de usu.per lega.& per Bar.in. l.habitationis nu.5.ff.eod.sed septem eius nepotibus,& sororibus relictus fuit, ac ad inuicem in eo substituti fuere: quibus stantibus
7 usufructus diu utilis erit. facta † ætatis computatione, & usufructus æstimatione iuxta.l.hæreditatum.ff. ad leg.fal. & Bart. in auth.hoc locum.C.si secun.nup. Et quia Schilinus unus ex dictis nepotibus est minor uigintiquinque annis, ideo uerisimile erit usque ad annos triginta uiuere posse. Et sic per plures, ac plures annos proprietas nuda remanere poterit, & hæreditas onerosa erit. Et similem considerationem faciens Maria. Soci. in consi.34.prosequendo.col.5.uersi. præterea posito. subdit ut experientia docet multos reperiri, qui concederent aliquã possessionem propriam quo ad proprietatem, si alterius similis possessionis, & etiam minoris sibi quo ad uiuerent usufructus concederetur: quia ad præsens oua. plus crastina sunt meliora.

siora. Immò stante quòd dicti usufructuarij hæredibus etiam substituti fuere in euentum, n quem decederent sine filijs &c. posset euenire casus ex quo nō sunt nisi duo ipsi hæredes(quod tamen Deus auertat.) quòd nec illi neque eorū hæredes ullam consequerentur utilitatem re,nec spe.& sic† cum ista spes pos-
8 sit esse fallibilis, Ideo in consideratione haberi non debet neque in falcidiam computari: Per ea quæ hebentur in.l.in quartam.ff.ad leg.fal. Aliam quoque similem considerationem facit Aymo.Graue.in cōsi.25.num.25. in fin.uol. 1. Istis modo sic consideratis usufructus multum æstimabitur, cum in uiginti annis tantū importare posit,quātū nudæ proprietatis ualor per ea quæ affirmat Alex.in.d.l.1.§.si usufructus.in fin.ff.eod.
9 Quamobrem de usufructu omnium bonorum falcidia detrahenda erit, & quæ æstimabitur ut declaratur in deci. Delsi. q. 838.quęritur quando. attenta personarum,& rerum qualitatē, ueluti si legaretur usufructus turris, quæ parum ualet in anno de redditu, tunc multum æstimabitur proprietas,& usufructus parum:si uerò puero equi usufructus legaretur, tunc usufructus multum æstimabitur, & proprietas parum. Idemque esset in legato usufructu prædiorum iuueni, Ideoq; ex personarum, & rerum qualitate uaria fiet exactio secundum glo.in. d. l.1.§. si usufructus.ff.ad leg.fal. in casu autem quo plus æstimabitur usufructus quàm proprietas falcidiæ detractationi locus erit, si excedat dodrantem: Et, è contra quando proprietas plus æstimaretur quàm usufructus, non esset locus detractationi falcidiæ. Et ad praticam reducendo casum nostrum, dico quòd ex quo Schilinus unus ex usufructuarijs erat minor annis 25. usufructus æstimabitur durare usque ad alios 30. annos iuxta d.l.hereditatum.Vnde si in dicto tempore usufructuarij de redditu. duodecim milia scuta haberēt, & proprietas eiusdem esset ualoris tunc falcidia detraheretur, & in tribus mille scutis consisteret. sin autem de redditu usufructuarij minus haberent detraheretur solum illud, quod dodrantem excederet: Vel si bona hæreditaria sexdecim milia scuta ualerent, nihil detrahendum esset de usufructu duodecim milia non excedente: si autem proprietas ualeret minus sexdecim milium scutorum, tunc omne id totum, quod usufructus dodrantem excederet, detrahendum esset.Itaq; computatione,& æstimatione simili modo facta, si quid per falcidiam detrahendum ueniret; illud ab

hæredibus de bonis hæreditarijs detrahi posset, Deinde usufru ctuarij ac hæredes cautionem præstabunt, quod si usufructuarij uiuendo ultra tempus à lege præfixum plus habebunt hære dibus reddent, & si minus haberent quia minus uiuerent hære des suplebunt hæredibus usufructuarij secundum quod declarat Bart.in.d.l.hæreditatum. Et ideo ad tollendas omnes difficultates proprietas,& ususfructus æstimari debent,& de faci li iudicabitur si de falcidia detrahi posit. Et per hæc cessabunt obiecta in contrarium deducta per glo.magnam in.d. l. 1. §.si usufructus. iunctis ibi alijs nota. per D. do. Et licèt ex præmissis ad incontrarium allegata responsio pateat; specialius tamen respondendo, dico doctr. Bar.in.d.l.1.§.si ususfructus. facere in fauorem, dum referendo. Din. dicit quòd quando solus ususfructus est relictus, & nulla alia res, tunc nuda proprietas in falcidia computabitur, sed si ususfructus, & alia legata fuissent relicta, tunc esse poterit quòd falcidia detrahetur, licèt proprietas ualeat quartam. sed in præsenti difficultate facta fuerunt ultra legatum ususfructus, legata D. Matheæ & D.Paulæ & mille centum ducati D.Io.Marco.&.D.Ioanni duco, ac pluribus alijs personis diuersa legata facta fuere. Ideo secundum Bart. falcidia detrahi poterit,& non solum de omnium bonorum usufructu. Sed etiam de omnibus legatis,& maximè si legata creditoribus relicta non fuerint animo compensandi cũ
10 debito. Nec unquam † dari posset casus in quo de omnium bonorum usufructu falcidia detraheretur quia hæreditatis proprietas semper plus ualeret quã ususfructus, licèt in legatis particularibus dari posset, ut in turri legata, & alijs similibus de quibus in.d.glo.magna & sic lex omnium bonorum hæredibus seruiret de uento, quod non erit credendum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor necessarius legans conpensandi animo legare uidetur, secus est in uoluntario.*

2 *Debitum necessarium, & uoluntarium quid dicatur.*

3 *Hæres ex sua uoluntaria aditione obligatur, & oritur quasi contractus, & ad onera hæreditaria obligatur.*

4 *Debitor ex causa non necessaria non præsumitur legare animo compensandi.*

5 Debitor

5 *Debitor in quantitate legando in specie non compensandi animo legare uidetur secundum quosdam.*

6 *Compensandi animum ius non præsumit quando causa esset diuersa, & expressa, uel ratione legandi relinqueretur, quia tunc utrunque debetur.*

7 *Maritus legando uxori in dubio non censetur animo compensandi.*

8 *Testatoris uoluntas si fuerit donandi, uel compensandi causa colligitur ex qualitate personæ cui legatur.*

9 *Geminata uerba aliquid operari debent.*

10 *Vsufructus legatum non compensandi animo cum quantitate debita censetur propter eius incertitudinem.*

11 *Pater cogitur dotare filias.*

12 *Debitum necessarium dicitur quod à lege prouenit.*

13 *Voluntatem suam quis non dicitur facere, qui de necessitate tenetur aliquid facere.*

14 *Causa proxima, & non remota in qualibet dispositione consideratur.*

15 *Causa originalis erit attendenda.*

16 *Hæres defuncti personam representat.*

17 *Debitum necessarium in defuncti persona, erit etiam necessarium in hæredis persona, quia non mutatur obligationis conditio.*

18 *Debitum defuncti dicitur debitum hæredis quantum ad hoc ut cẽseatur relictũ animo cõpensandi cum debito ex causa necessaria.*

19 *Hæres grauatus restituere, si fidei commissarium instituit compensandi animo relinquere uidetur.*

20 *Debitum hæreditarium magis dicitur necessarium in persona hæredis, quam defuncti.*

21 *Debitum uoluntarium in persona defuncti non debet alterari in persona hæredis.*

22 *Compensatio fit ex coniecturis.*

23 *Legatum compensandi animo factum fuisse uidetur etiam quòd dos sit in quantitate, & legatum in speciebus.*

24 *Compensatio quæ fit in iudicio non procedit de specie ad quãtitatẽ.*

25 *Obligatus obligatione reali quicquid reliquit animo compensandi reliquisse uidetur.*

26 *Compensatio in ultimis uoluntatibus non regulatur secundum naturam compensationis quia fit de specie ad quantitatem.*

27 *Liberalis in necessitatibus nemo existit.*

28 *Lex ubi aliquem sine facto suo obligat facit præsumere illum, animo*

 mo

mo compensandi fecisse legatum.
29 Lex mitius agit cum homine. quam homo cum homine.
30 Testator uidetur minus grauare hæredem quàm possibile sit, & potius tolleratur legatum remanere inutile.
31 Debitum ad hoc ut dicatur necessarium consideratur an legis, uel hominis dispositione inducatur.
32 Voluntariè non dicitur fecisse qui facit illud ad quod compelli pôt.
33 Lex est illa, quæ cogit aliquem ad seruanda ea quæ sunt de natura actus.
34 Debitum à lege causatum facit præsumere legatum animo compensandi factum.
35 Debitor necessarius si legat non fit distinctio an debitum sit in quantitate, & legatum in specie uel, è, contra.
36 Debitum causatum ex contractu, uel quasi censetur causatum ab hominis uoluntate, & sic erit uoluntarium.
37 Compensatio quæ fit in iudicio differt ab ea, quæ fit ex mente testatoris.
38 Debitor uoluntarius in quantitate, legando in specie non animo compensandi fecisse uidetur.
39 Doctori uarianti in eius opinionibus non creditur.
40 Opinio, quæ in puncto iuris est uerior dummodo per Docto. maximæ authoritatis comprobetur sequenda erit, & non communis.
41 Doctorum dicta intelligenda sunt secundum legem quam allegant.
42 Opinio communis si falsa reperietur, uel probabilibus argumentis, aut rationibus conuinci posset, uel quando Canon aliud disponeret non erit sequenda.
43 Opinio melior uidetur quòd debitor necessarius in quantitate legãdo in specie animo compensandi legasse censeatur.
44 Legitima filij, uel patroni computatur in eo, quod pater uel libertus reliquit.
45 Notarius si ex stilo aliquid scribat nihil operari debet.
46 Legatum potius inutile remanere debet quàm interpretari testatorem uoluisse grauare hæredem.
47 Obligatio ad antidora licèt non sit potens ad agendum, operatur tamen quòd legatum compensandi animo factum sit.
48 Debitor in foro cõsientie legãdo uidetur fecisse animo cõpensandi.
49 Anima est cunctis rebus præferenda.
50 Vsusfructus quantum sit duraturus, fit annorum computatio iuxta legem hæreditatum.

QVAE-

QVAESTIO. III.



X dubijs ab excell. & accutißimis D. arbitris contra fratrum meorum filios, & ad D. Marthæ de Girellis fauorem in mediũ deductis, super legato sibi à, D. Constantino de Monte eius fratre relicto, cui etiam pro residuo eius dotis scuta quingenta dare obligatus erat: duo maximè urgere uidentur ad eliciendum, si compensandi animo fecisse dicatur. Primum est utrum istud debitum sit necessarium: uel uoluntarium: secũdum dubium, & quod magis urgere uidetur est, an debitor in quantitate, legando in specie compensandi animo legasse uideatur.

CHRISTI eiusq; gloriosissimæ Virginis Mariæ, matris, nominibus inuocatis ea resoluere iuridicè conabor, Et ista
1 dubia non † uidẽtur absona quia si debitũ necessarium esset compensandi animo legasse uideretur. Et si uoluntarium, secus esset. prout attestatur. Abb. in. c. officij. num. 4. de testa. & Deci. in. c. cum. M. Ferariensis. num. 122. de constitu. & omnes Docto. concludunt. in. l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. matri. & in. l. hmõi. §. cum par. ff. de leg. 1. & in auth. præterea.
2 C. unde uir. & ux. Et licèt necessarium dicatur † quòd legis, uel statuti uirtute debetur ut scriben. maximè. Pau. Cast. & Alex. ibi num. 4. exemplificant, & traditur in summa ange. in uerbo. legatum. 1. uersi. sed quæro. num. 31. quando pater pro filia dotem promisit, quia tunc necessarius efficitur debitor: si tamen debitũ à lege causaretur facto etiã homini uoluntario interueniente, & non sola legis dispositione uoluntarium dicere tur prout ipsi subtiliter considerantes dicunt uelle Doctores in. d. §. si pater, & in. d. §. cum pater. & per Iaso. ibi num. 18. ueluti per hæreditatis paternæ aditionem à, D. Constantino factam existere dicitur, & ob quam ad onerum hæreditariorũ solutionem se obligauit. l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex quibus cau. in possess. eat & l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de acti. & oblig. & §. hæres quoq; insti. de oblig. quæ ex quasi con. & ista per prius ponderata fuerant à, Cor. (licèt de eod. mentionem non fece
3 rint) in consi. 292 circa primam † consultationem, uol 1. ubi dicit quòd hæres hæreditatem adeundo ex sua uoluntaria aditione

tione obligatur, & ex qua, quidem quasi contractus resultat. d.§.hæres quoque. Et ideo ex quasi contractu ad hæreditaria onera obligatur ut sunt legata.d.l.apud Iulianum.in fin. &.d.l. ex maleficijs.§.hæres.& per.d.§.hæres quoque. Nec obstare uidetur ut ipse Cor.dicit quòd hæres legatis obligetur etiã quòd nolit, quia cum aliquis uendidit, dato quòd se ad tradendum non obligauerit, tamen tenetur, satis enim est, quòd ex causa, ob quam obligatio causatur, sit uoluntaria, & ex ipsa causa de necessitate sequatur consequens suum necessarium, prout ex contractu ualido sequitur obligatio, & actio: & sic debitum uoluntarium iudicabitur causatum, à, causa uoluntaria. Et prout ipse refert Docto. omnes in præallegatis locis concordant. quòd quando debitum ex causa necessaria nõ procedit,
4 in dubio compensandi animo † relictum non censeatur. Et qui in compensatione se fundat, requisita ad esse compensationis docere debet.l.actor qui asseuerat. C. de proba. l. ei qui dicit, &.l.in exceptionibus. ff.eod. Deueniendo modo ad
5 secundum dubium uidelicet an in quãtitate † debitor legando in diuersis speciebus compensandi animo uoluerit. Oldra. Bar. Bald. Ang. & Pau.Cast. in.d.§.cum pater. negatiuam partem tenere uidentur,& eos sequitur Cor.in.d.consi.292.in.lit. G.ubi uult quòd in debito legali,à necessaria causa causato nõ admitteretur compensatio, si alterum in quantitate, & alterum in specie consisteret, & inter alia ad hoc deducit Saly. in.
✠ l.nesennius.C.de neg.ges.& hanc esse* communem opin.affirmat. Et in hac opi.quòd de quantitate ad speciem compensatio non fiat,fuisse uidetur Alex. qui sibi etiam uidetur esse contrarius in consi.7.num.17. uol.6.& deducit.l.si conuenerit.ff. de pigno.actio. Bar. in.d.l.huiusmodi.§. cum pater. de leg. 1.
6 & Bal.in.l.filię legatorum.C.de lega.in.q.4. in fin. ubi † ponderat unum quòd est notabile. uidelicet quòd ius compensandi animum nõ præsumit,quoties non ob eandem causam, sed expressa diuersa causa, uel ratione legandi. quoniam tunc utrunque debetur: quia diuersa ratio diuersum parit effectum. l.scio.§.uxori.ff.de annu.leg.& quod not.in. l. quinquaginta. ff.de proba.ac etiam in consi.19.num.15.eod. uol. uult quòd si maritus uxori legat, non censeatur legatum in dubio com-
7 pensandi animo factum per.l.1.§.sciẽdũ.C.de † rei uxo.actio. &.l.creditorem.ff.de leg.2.Idem uoluit etiam Soci. seni.in cõ sil.10.

fil. 10. col. 5. uersi. circa septimam quæstionem per. l. si compensandi. C. de hære. insti. l. si ab eod. C. de nego. gest. l. ut debitum de. hære. actio. d. l. creditorem. &. d. §. sciendum. cum pluribus alijs per eum ibi cummulatis, Et quòd de quantitate ad speciem compensatio non fiat attestatur quoque Soci. iuni. in consi. 130. num. 19. uol. 2. & per glo. ut ipse dicit communiter approbatam in. d. l. fin. C. de compensa. Corroborant etiã
8 D. Arbitri eorum intentionem † dum dicunt, quòd considerata qualitate ipsius. D. legatariæ testatoris uoluntatem fuisse magis donãdi, quam compensandi. l. procula. ff. de proba. & cum legatum sit donatio. l. legatum. ff. de leg. 2. non soluendi causa, sed donandi credendum erit, ut idem Cor. in citato loco in lit. M. &. N. considerauit: tantoq; magis ista interpretatio fie-
9 ri debet, ut uerba geminata † aliquid operentur uidelicet legauit, & iure legati reliquit, & per ea, quæ habentur in. l. balista. ff. ad trebel. cum etiam in legato D. Paulæ sorori relicto, repetijt legatum præcedens uerbis illis, item legauit ut supra quæ dictio. ut supra eorum relationem facit, quæ in præcedenti legato dicta fuere. l. 1. §. hoc edicto. ff. de postu. cum ergo præcedens in hoc includatur legato uniformiter, & eodem iure utrunque, inclusum censeri debet; & sicut respectu legati sequentis, ita & præcedentis non inducatur compensatio: cũ neque uerisimile sit prudentissimum testatorem inter sorores tam dilectas in æqualitatem seruare uoluisse argu. l. illud. C. de colla. & l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. Et eo, etiam
10 † mouentur, quia legatum ususfructus relictum. D. Marthæ non uidetur cum quantitate debita rectè compensari posse: quia incertum est ad quot annos eius ætas peruenire possit, & sic per quantum tempus usufructus duraturus sit.
Præmisis tamẽ non obstantibus iudicio meo contrarium sustineri posse uidetur uidelicet debitum hoc necessarium fuisse, & compensandi animo legatum factum, quia patri non solum spectat filias dotare, sed, etiam fratribus dotare sorores uigore statuti Brixiæ in ciuilibus sub rubri. de successione ascen-
11 dentium num. 193. & sic tam patris, quàm † fratris respectu debitum dicitur necessarium, ex quo patres, & fratres ad filias ac sorores dotandum tenentur, & non solum l. municipali, sed etiam ciuili patres arctantur l. fin. C. de dot. promi. & l. cum liberos. ff. de rit. nup. & respectu patris dos dicitur, æs alienum

secundum

secundum Tiraquel.in l.si unquam in uerbo susceperit liberos num.114.C.de reuo.dona.Et Ioan.Cephalus in consi.84.nu. 9. dicit cum pater legis necessitate teneatur filiam dotare, in dictæ dotis recompensationem censetur legasse per plura quæ congerit.Et idem erit in fratre,qui ex dicto statuto cogitur dotare. Vnde ut attestatur Aret.in d.auth.præterea.num.5.uersic.secundum fundamentum.& ubique communiter affirmant scriben.ille qui est debitor ex dispositione legali uidetur compensandi animo legare. Et tanto magis in præsenti difficultate ista interpretatio fieri debet, ex quo sine hæreditatis aditione, & absque alio hominis facto uoluntario alterius statuti uigore sub rubri.de transmisione hæreditatis num.199.hæreditas siue ab intestato, siue ex testamento in hæredes capaces absque alia aditione transmittitur. Et sic sine hominis facto. Et dato quòd hæreditatis additio requireretur, & actus hære-
12 ditatem adeundi esset uoluntarius:nihil tamen obstaret,† quia in obligatione legali, ut est hæc debitum, à uoluntate non causatur,sed,à lege propterea necessarium uocatur l.si fideiuf-
13 sor.§.necessaria.ff.qui † satisf.coga. Et quis non dicitur facere uelle suum quod ex necessitate debet facere, uel parere l.uelle
14 non creditur.ff.de reg.iur.& l.cum † quidam.ff.de leg.2.Et in qualibet dispositione causa proxima, & non remota consideratur l.mulier.ff.rer.amo.& l.fin.de condi.ob cau.unde statutum patrem, & filium obligans ad dotandum est causa proxima, & hæreditatis aditio est causa remota & ideo in consideratione non erit. Et quòd istud factum hominis uoluntarium adeundi hæreditatem non ita, à remotis summi deberet attestatur Alex.in d.l.si cum dotem.§.si pater.num.5.solut.matr. ubi etiam subdit istud arg.tolli per tex.in d.authen.præterea, ubi dotis lucrum similiter, à matrimonio originem habuit: Et sic, à facto uoluntario. Et tamen quatenus ibi ualet legatum quarta portio non debetur: Et similiter asseruit cautionem fructuariam dici necessariam licet, à facto uoluntario originem habuerit. Et tanto magis hoc debitum necessarium esse
15 debet,eo quòd, à principio non fuit uoluntarium, † ut ex supradictis patet.Et originalis causa erit attendenda l.si seruum. ff.de actio.emp.Et sic attenditur quod principaliter fit l.si quis nec causam.in princ.l.rogasti.ff.si cer.pet.c.de cætero.de homici.& per Alex.in loco proximè citato num.6.uersicu.& tenendo

nendo * opi.communem. Et in istam sententiam Docto.magis communiter conuenire uidentur. Et quòd originalis causa sit attendenda, uoluit Aymo.Craue.in consi.131. num.15.uolu. 1.ubi plura congerit ad hoc propositum. Et ibi etiam nu.14. impugnando.Cor. n dic.consil.292. uolum.1.dicit arg. Cor.
16 non procedere in causa legitimæ, † quia hæres iure defuncti utitur cum censeatur eadem persona §.1. in authen.de iur.iur. amorie.presti.& ubi testator filiabus legitimam relinquere tenebatur considerando testatoris personam debitum uidetur necessarium, & in specie contra Cor.deducit Ancha.in consi.
17 26.colum.fin.num.4.&.5.ubi † in terminis nostris uult debitum quod erat in defuncti persona necessarium, esse etiam necessarium in hæredis persona, quia ex persona hæredis, obligationis conditio non mutatur, licet hæres sponte se obliget, hæreditatem adeundo l.ij.§.ex his ff.de uerb.oblig.nec propter contrarium, quod oritur ex aditione, censenda est obligatio hæredis diuersa, à defuncti obligatione, immò dicitur eadem numero:quia eadem persona,cum defuncto reputatur, & deducit etiam Pau.Cas.in consi.35. uidetur dicedum quòd utrunque legatum.colum.ij.circa medium.uersic.sed hoc re-
18 spondetur.uolum.2.ubi hæredis testamentum reputatur defuncti testamentum; debitum hæredis defuncti debitum,quantum ad hoc ut censeatur quid relictum animo compensandi cum debito ex causa necessaria. Et similiter uidetur dicendum in legato ab hærede facto. Immò quòd est fortius Craue.in citato consi.num.16.refer Ana.tenere in consil.3.columm.ij.
19 post † medium uersi.non obstat aliud arg.quòd si hæres grauatus fideicommissarium instituit,compensandi animo relinquere censetur,& talis hæres dicitur debitor ex causa necessa-
20 ria:& tamen in persona defuncti debitum non erat † necessarium. Et sic secundum Ana debitum hæreditarium magis dicitur necessarium in hæredis persona.quam defuncti.licet super hoc Craue.uideatur subsistere, dicens aut hæres grauatus reliquit eadem bona substituto, quæ ei relinquere tenebatur, & res est sine dubio.aut reliquit alia,& diuersa bona & res sine
21 dubitatione non † uidetur, quia conditio debiti uoluntarij in persona defuncti non debet alterare in hæredis persona, licet hæres sponte se obliget adeundo hæreditatem.l.ij.§.ex his.ff. de uerb.oblig. Et sic Craue.uult dictum Ana. procedere posse quando

quando ex aliquibus coniecturis appareret animo compensan
22 di relictum quia compensatio † fit ex cõiecturis, ubi aliàs non fieret Pau Cas. in consi. 193. super isto puncto. col. 3. in. 2. dubio. uolum. 2. Abb. in consil. 81. colum. ij. libr. 1. & Deci. in d. auth. præterea. num. 10. Et sic colligi potest, quòd si prædicta procedunt in debitore uoluntario, quòd tãto magis in necessario, uel saltem non erit distinguendum, an debitum esset in quantitate, & legatũ in specie prout etiam infra deducam. Et ultra prædicta faciũt nota, à Bart. in l. si eum. §. qui iniuriarum in princ. ff. si quis cau. ubi uult stipulationẽ alteri accessoriam assumere naturam eius cui accedit, & sic actio, quæ in alicuius locum subrogatur sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur: unde actio quæ orta fuit ex quasi contractu per aditionem hæreditatis factam a D. Constantio sapit naturam obligationis ad quam eius pater tenebatur Capiendo modo secundum dubium uidetur etiam dicendum legatum compensandi ani-
23 mo relictum fuisse etiam quòd dos † fit in quantitate, & legatum in speciebus: uel etiam si econtra fuisset ut affirmat Alex. in. d. l. si cum dotem. §. si pater. num. 6. ff. solu. mat. dicens eam fuisse opi. Imo. & eam Roma, sequi & in puncto iuris uerio-
24 rem: † Et licet alias compensatio, quæ in iudicio expresse fit parte inuicta non procedat de specie ad quantitatẽ. d. l. si conuenerit. ff. de pigno. actiõ. & per glo. in d. l. fi. C. de compensa. tamen secus esset ubi ageretur de compensatione faciunda ex præsumpta testantis mente prout hic apparebit & cum opin. Alex. uidetur pertransire Afflic. in Deci. 138. nume. 4. Et Are.
25 in consil. 93. uiso † legato. colum. ij. uersicu. hoc pręmisso. sequendo. Imo. dicit quod obligatus obligatione reali quicquid relinquit. compensandi animo relinquere uidetur: & ut se liberet ab onere, & necessitate diminutionis patrimonij, cui erat astrictus d. l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. ma. & ibi per Bar. & Imo. & quòd non debet fieri distinctio an legetur species, & debeatur quantitas, uel an debeatur quantitas, & quantitas legetur: fuit etiam opi. Alex. Iaso. & Deci. in d. auth. præterea. nu. 10. & 11. licet Alex. rationem impugnet ubi ipse tenet ex pręsumpta testantis mente compensationem fieri. Et alia moueatur ratione, uidelicet quod compensatio ab ipsa lege inducatur, quæ debitorem grauauit in debito necessario contra eius uoluntatem, meritò uoluit illum releuare ab illa necessitate,

quantum pōt: Et ideo fecit istā interpraetationē ꝙ cōpensandi animo legatū relictū sit: quę ratio cessat in debitore uolūtario.
16 Et refert etiam in ultimis † uoluntatibus, compensationem non regular secundum compensationis naturam quia fit de speciæ ad quantitatem. l. qui non militabat. §. 1. & ibi glo. ff. de hære. insti. & ea impropriè appellatur compensatio secundum glo. in. l. unum ex familia. §. sed si uno. in uerbo. quæ ratio. ff. de leg. 2. & per glo. in. l. Ticia cum testamento. §. qui in uita. in uerb. compensatio. ff. de leg. 2. Et in ea opi. fuit etiam Ias. ibi num. 18. ubi uult debitorem ex legis, uel statuti dispositione
27 esse † necessarium, & quòd talis debitor legando compensandi animo fecisse intelligatur, quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adim. lega. l. si quis pro uxore. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. si usufructus. ff. de iur. dot. Et similiter Curti. iuni. ibi num. 20. sequendo illam opi. dicit quòd
28 quando lex aliquem sine facto suo obligat † quoniam in hoc rigorosè procedit & contra regulas communes uidelicet. l. id quòd nostrum. ff. de reg. iur. noluit postmodum rigorem addere rigori præsumendo, quòd in dubio legatum compensandi animo factum non censeatur: quia tunc hæredem nimis grauaret supra eum duplex onus inducendo: quæ ratio cessat, quando aliquis ex facto proprio est obligatus, & postmodum legat:
29 quia mitius cum † lege, quàm cum homine agitur. l. celsus. ff. de arbi. Et hanc opi. sequitur Riminal. in citato loco in col. fi. subdens non esse uerisimile testatorem duplicare obligationē per nota. Bart. in. l. cum centum. ff. de adim. lega. nec duplici onere heredem suum obligare. d. l. Ticia cum testamento. §. qui
30 in uita. ff. de leg. 2. Cum etiam in dubio † testator uideatur minus grauare hæredem quàm fieri possit. d. l. unum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. & plura, ad hoc congerit Aymo. Crauc. in consi. 149. num. 15. uol. 2. & in consi. 157. nu. 14. & in consi. 187. num. 3. uol. 1. subdens tolerari potius legatum remanere inutilē, quàm quòd hæredem grauare uoluerit. Et maximè secundum Deci. in consi. 92. nu. 3. uol. 1. ista procedunt in casu, in quo testator legatariæ plura relinquisset legata, pro ut relicta fuere D. Marthæ omnia bona mobilia, & utensilia existentia in domo ipsius testatoris, & excedentia debitum dotis, & non solum sibi, sed etiam eius filio dictæ domus usumfructum
31 reliquit arg. l. si filiæ. ff. de leg. 3. Et † quātum ad compensationem

nem inducendam erit solum in consideratione an debitū procedat immediate hominis facto, uel prouisione, an ex legis dispositione pro ut Docto. in locis supra citatis communiter cō cludere uidentur. Non obstant. modo in contrarium adducta quòd debitum sit uoluntarium, ex eo quia per actum uoluntarium adeundi hæreditatem factum à, D. Constantino se obligauerit ex quasi contractu quia ut communiter Docto. di cunt, & maximè Deci. in. d.auth. præterea num. 12. quando debitum est necessarium ex legis dispositione non efficitur uo luntarium, licèt aliquis postmodū se obligauerit ex contractu
32 ad resoluēdū illud, in quo tanquā hæres † tenebatur, quia ille qui compelli pōt, si facit actum non dicitur uoluntariæ fecisse, sed necessitate coactus per Bal.in. l.nouissime. ff. quod cū fal. tut.Io. And.in.c.præterea.el.secundo de iur patro. & in reg. bona fides.ff.de reg.iur.in.6.& per Areti.in consi.24. quatuor dubia col. pen.per tex.ibi in.d. auth. præterea ubi testator qui fecit legatum, quod de sui nam uoluntarium erat, tamen necessitatis prætextu sibi incumbentis fecisse uidetur: & ideo cōpensatur. Et sicut talis conuentio debitum necessarium non facit dici uoluntarium, ita simili ratione dici potest per hæreditatis aditionem debitum necessarium nō fieri uoluntarium, cum ut supra dixi non dicatur facere posse uelle suum, ille qui de necessitate facere, uel parere tenetur. Et quia ut attestatur etiam Curti.iuni.in citato loco num. 23. illa obligatio potius ex legis dispositione descendit, quàm ex uero contrahentium
33 consensu, lex.n. est illa quæ contrahentem † necessitat ad ser uanda ea, quæ sunt de actus natura, & præsummit de partium uoluntate ita fuisse. Et tex.in.d.§.hæres quoq; Insti. de oblig. quæ ex qua.con. iunctis alijs supra deductis possunt procedere in illo hærede, qui non erat debitor quia si legat alicui, & illius hæres illimet aliquid legat, tunc ex eo casu non uidetur animo compensandi legare: quia debitum defuncti erat uoluntarium, & sic non computatur, cum non uideatur relictum compensandi animo secumdum. Bar. in.d. auth.præterea. & sic causa originalis est ibi uoluntaria, & in casu nostro est necessaria: & ista responsio uidetur etiam esse de mente Deci. in. d. auth. præterea.num.11.in uersi.nunc uero. Neque obstant quæ in contrarium deduxit Cor.in citato loco dum dicit satis esse, quòd ex causa, ob quam obligatio causatur sit uoluntaria, & ex ipsa

ex ipsa causa de necessitate sequatur consequens suum necessarium prout ex contractu ualido sequitur obligatio, & actio, & sic debitum uoluntarium iudicatur causatum, à causa uoluntaria, & qui se fundat in compensatione docere debet requisita ad esse compensationis: quia Immò prædicta opi. nostram corroborare uidetur; cum in præsenti difficultate prima causa uidelicet, dotandi onus sit necessaria, ut ferè omnes Doct. in hoc conueniunt in citatis locis de necessitate igitur sequi debet consequens suum necessarium quòd quasi contractus ex hæreditatis aditione resultans dicatur necessarius. Et sic debitum indicabitur in isto casu necessarium, à causa ne-
34 cessaria causatum. Vnde † in debito necessario, & sic, à, lege causato in dubio legatum præsumitur animo compensandi factum prout uoluerunt Arc.in.d.auth.præterea.nu.5. & ubique communiter scriben. Ergo qui contrarium uult asseuerare probare debet legibus de quibus per Cor.in contrarium supra deductis, & obiectum Cor. optimè resoluitur ex deductis supra per Aymo. Craue. in.d.consi.131.num.14.uol.1.

Nec obstare uidetur quòd Oldra.Bar.Bal.Ang.& Pau.Cast. in.d.§.cum pater, ac Saly.in.d.l.nesennius. & Cor. in.d.consi. 292. prænominatos sequens uoluerint, si debitor in quantitate legauerit in specie, non animo compensandi fecisse uideatur, quia Bar. ibi resoluendo oppositionem.d.l.si pater pro filia.ff.de colla. dot. in qua habetur si pater pro filia dotem promisit deinde exhæredatæ, uel emancipatę, aut præteritæ legauerit, filia utrunque habebit. Et dicit istud procedere ex eo quia ibi aliud legauerat, quàm promiserat, puta speciem promiserat, & quantitatem legauerat, uel, e conuerso, & d.l.si cum dotem.§.si pater.ff.solu.mat.quantiatem legauerat & quantitatem promiserat. Et ideo fit compensatio. Et tamen ad hoc Bar. nihil allegat, sed solum dat illam solutionem diuinatiuã, & quæ, à nonnullis reprobatur dicentibus mulierem utrunque habere in recompensatione præteritionis, uel ex hæredationis, aut emancipationis. Et si rectè iura quæ in contrarium ad hoc deducuntur per præfatos ponderentur, uidentur cantare in debitore uoluntario, & non in necessario, ubi absque eo
35 quòd fiat distinctio utrum debitum † fuerit in quantitate, & legatum in spetie, in dubio compensatio fieri non debet. Et quòd ista responsio sit uera, manifeste colligitur ex relatis

C per

per Bart.& Pau.Caſt.in.d.§.ſi pater. ubi abſque diſtinctione, dicunt quòd legatum relictum compenſandi animo uidetur, quando debitum eſt neceſſarium: Et ſimiliter abſque diſtinctione habetur per Bar. in.d.auth.præterea.quòd quando debitum erat ex facto defuncti, tunc enim legatum ſimpliciter factum non uidetur factum animo compenſandi, ſed quando debitum erat ex diſpoſitione legali: quia tunc imputatur legatum cum debito, Et Pau.Caſt.in conſi.73.licèt iſta Domina. num.3 aliàs in conſi.265.dicit, interdum quis legat ſimpliciter, & tunc diſtinguitur, aut debitum neceſſarium erat, & legatum compenſatur cum debito, uſque ad concurrentē quantitatem d.l.ſi cum dotem §.ſi pater.ff.ſolu.matri.aut debitum erat uoluntarium,& utrunque conſequitur l.j.§.ſciendū.C. de rei.uxo.actio.ubi ſecundum quod declarat Bart.in d.§.ſi pater,num.3.uir eſt debitor uxoris ſpontaneus,qui in dubio non uidetur animo compenſandi relinquere. Et in hanc ſententiam uidetur etiam conuenire Cor.dum in citato loco dicit, quòd in debitis neceſſarijs ideſt,à lege cauſatis non facto, ſeu
36 præambula debitoris uoluntate † tunc animus compenſandi præſumeretur. Et quòd quaſi omnes Docto.uolunt debita cauſata ex contractu, uel quaſi cenſeri cauſata ab hominis uoluntate, & propterea non compenſetur cum legato,à debitore facto, etiam ſi utrunque in quantitate conſiſtat, uel etiam
37 reſponderi poteſt illa iura habere locum in † compenſationibus, quæ fiunt in iudicio, ubi parte inuita aliud pro alio ſolui non poteſt, & ſecus eſſe in compenſatione quæ ex præſumpta teſtantis mente fieri debet,ubi quòd eſt in ſpecie computatur cum illo, quod eſt in quantitate, & e contra ſecundum Deci. in d.auth.præterea. num.10.ubi dicit etiam quòd impropriè compenſatio appellatur iſta, quæ fit in ultimis uoluntatibus, & non regulatur ſecundum naturā compenſationis cōtractus. Nec aduerſari uidetur, quòd Alex.in conſil.7.num.17.uolumin.6.conſulerit contrarium eius, quod affirmauit in lecturis, quia ut ipſe met ibi fatetur debitum in eo caſu erat uo-
38 luntarium, & non † neceſſarium. Et ideo mirum non erit ſi uoluit animo compēſandi relictum, cum fuiſſet debitor uoluntarius in quantitate pecuniæ,& donatio ei facta in rebus immobilibus exiſteret, quia tunc de quantitate ad ſpeciem non fit compenſatio l.ſi conuenerit.ff.de pigno.actio, & per Bart.
in d.

in d.l.huiusmodi.§.cum pater, & sic concludit, quòd ibi non sit compensatio, quia expressa erat causa meræ liberalitatis, & donationis, quæ causa est diuersa, à legato facto in quæstione nostra, ubi non fuit expressa causa meræ liberalitatis, & ipse dicit in d.consi.7.num.17.uolum.6.iura in contrarium allegata ibi loquitur quando debitũ semper, & à principio fuit ex causa necessaria ut ex dispositione legali, item quando id quod relinquebatur, erat tale quod compensationẽ reciperet, & ideo non uidetur contrari:r. sibi ipsi: quia licet in casu nostro debitum non sit tale, quòd in contractibus compensationẽ re-
39 cipiat, tamẽ causa non est uoluntaria,† sed necessaria: Et dato quòd esset sibi contrarius, & ei non crederetur tanquam uario arg.l.qui falso uel uariæ. ff.de testi.tamen potius esset standum assertis per ipsum in lecturis, ubi dixit, ueriorem esse opi. in puncto iuris. quòd in debitore necessario legatum compensandi animo relictum censeatur, quamuis debitũ esset in quan-
40 titate, & legatum in specie, quia ut dicit † Augusti. Beroi.in.q. 62.num.1.non est recedendum in consulendo, & iudicando ab opinione, quę in puncto iuris est uerior, quando pro ea adsunt Doctores maximę authoritatis prout sunt in ista opinione. Et sic in hoc contra communem esset consulendum, & iudicandum. Et licet etiam Cor.in d.consi.19. & Soci.in d.consil. 10.uelint quòd maritus legando uxori in dubio legatum non uideatur animo compensandi factum per d.§.sciendum.C.de rei.uxo.tamen istud non habet obstare, quia maritus erat debi-
41 tor uoluntarius in illo casu,† & dicta Doctorum debent intelligi secundum.l.quam allegant, ut per Bar.in l.non solum.§.si liberationis.ff de libe.lega.& in l.cum quædam, uersic.solutio intelligo.ff.de his quibus ut indig.Ias.in.§.rursus.num.33.instit.de actio.Roma.in consi.76.in causa nobilis.colu.fi.uersi. sed ut poteris. Afflic.in deci.321.num.16.Parisi.in consi.71. num.12.uolum.3. & dixi in.q.pręce.nume.4. Et sic cum ille tex.loquatur in uiro debitore uxoris spontaneo, & qui in dubio compensandi animo non uidetur relinquere prout declarat Bart.& Pau.Cas.in d.l si cum dotem.§.si pater.ff.solu.mat. Ideo non uidebitur obstare. Neque etiam aduersatur doctri. Bal.in d.l.filia legatorũ.allegata per Alex.ubi uult quòd quotiescunque iu; pręsumit animum compensandi, illud fallit ubi relinquitur ex causa expressa, & diuersa: quia responderi po-

 test

per Bart.& Pau.Cast.in.d.§.si pater. ubi absque distinctione, dicunt quòd legatum relictum compensandi animo uidetur, quando debitum est necessarium: Et similiter absque distinctione habetur per Bar. in.d.auth.præterea.quòd quando debitum erat ex facto defuncti, tunc enim legatum simpliciter factum non uidetur factum animo compensandi, sed quando debitum erat ex dispositione legali: quia tunc imputatur legatum cum debito, Et Pau.Cast.in consi.73.licèt ista Domina. num.3 aliàs in consi.265.dicit, interdum quis legat simpliciter, & tunc distinguitur, aut debitum necessarium erat, & legatum compensatur cum debito, usque ad concurrentē quantitatem d.l.si cum dotem §.si pater.ff.solu.matri.aut debitum erat uoluntarium,& utrunque consequitur l.j.§.sciendū.C. de rei.uxo.actio.ubi secundum quod declarat Bart.in d.§.si pater,num.3.uir est debitor uxoris spontaneus,qui in dubio non uidetur animo compensandi relinquere. Et in hanc sententiam uidetur etiam conuenire Cor.dum in citato loco dicit, quòd in debitis necessarijs idest,à lege causatis non facto, seu
36 præambula debitoris uoluntate † tunc animus compensandi præsumeretur. Et quòd quasi omnes Docto.uolunt debita causata ex contractu, uel quasi censeri causata ab hominis uoluntate, & propterea non compensetur cum legato,à debitore facto, etiam si utrumque in quantitate consistat, uel etiam
37 responderi potest illa iura habere locum in † compensationibus, quæ fiunt in iudicio, ubi parte inuita aliud pro alio solui non potest, & secus esse in compensatione quæ ex præsumpta testantis mente fieri debet,ubi quòd est in specie computatur cum illo, quod est in quantitate, & e contra secundum Deci. in d.auth.præterea. num.10.ubi dicit etiam quòd impropriè compensatio appellatur ista, quæ fit in ultimis uoluntatibus, & non regulatur secundum naturā compensationis cōtractus. Nec aduersari videtur, quòd Alex.in consil.7.num.17.uolumin.6.consulerit contrarium eius, quod affirmauit in lecturis, quia ut ipsemet ibi fatetur debitum in eo casu erat uo-
38 luntarium, & non † necessarium. Et ideo mirum non erit si uoluit animo compēsandi relictum, cum fuisset debitor uoluntarius in quantitate pecuniæ,& donatio ei facta in rebus im mobilibus existeret, quia tunc de quantitate ad speciem non fit compensatio l.si conuenerit.ff.de pigno.actio, & per Bart.

in d.l.huiusmodi.§.cum pater, & sic concludit, quòd ibi non fit compensatio, quia expressa erat causa meræ liberalitatis, & donationis, quæ causa est diuersa, à legato facto in quæstione nostra, ubi non fuit expressa causa meræ liberalitatis, & ipse dicit in d.consi.7.num.17.uolum.6.iura in contrarium allegata ibi loquitur qnando debitũ semper, & à principio fuit ex causa necessaria ut ex dispositione legali, item quando id quod relinquebatur, erat tale quod compensationẽ reciperet, & ideo non uidetur contrari:r. sibi ipsi: quia licet in casu nostro debitum non sit tale, quòd in contractibus compensationẽ re-

39 cipiat, tamẽ causa non est uoluntaria,† sed necessaria: Et dato quòd esset sibi contrarius, & ei non crederetur tanquam uario arg.l.qui falso uel uariæ. ff.de testi.tamen potius esset standum assertis per ipsum in lecturis, ubi dixit, ueriorem esse opi. in puncto iuris. quòd in debitore necessario legatum compensandi animo relictum censeatur, quamuis debitũ esset in quan-

40 titate, & legatum in specie, quia ut dicit † Augusti. Beroi.in.q. 62.num.1.non est recedendum in consulendo, & iudicando ab opinione, quę in puncto iuris est uerior, quando pro ea adsunt Doctores maximę authoritatis prout sunt in ista opinione. Et sic in hoc contra communem esset consulendum, & iudicandum. Et licet etiam Cor.in d.consi.19. & Soci.in d.consil. 10.uelint quòd maritus legando uxori in dubio legatum non uideatur animo compensandi factum per d.§.sciendum.C.de rei.uxo.tamen istud non habet obstare, quia maritus erat debi

41 tor uoluntarius in illo casu,† & dicta Doctorum debent intelligi secundum.l.quam allegant, ut per Bar.in l.non solum.§.si liberationis.ff de libe.lega.& in l.cum quædam, uersic.solutio intelligo.ff.de his quibus ut indig.Ias.in.§.rursus.num.33.instit.de actio.Roma.in consi.76.in causa nobilis.colu.fi.uersi. sed ut poteris.Afflic.in deci.321.num.16.Parisi.in consi.71. num.12.uolum.3. & dixi in.q.pręce.nume.4. Et sic cum ille tex.loquatur in uiro debitore uxoris spontaneo, & qui in dubio compensandi animo non uidetur relinquere prout declarat Bart.& Pau.Cas.in d.l si cum dotem.§.si pater.ff.solu.mat. Ideo non uidebitur obstare. Neque etiam aduersatur doctri. Bal.in d.l.filia legatorũ.allegata per Alex.ubi uult quòd quotiescunque ius pręsumit animum compensandi, illud fallit ubi relinquitur ex causa expressa, & diuersa: quia responderi po-

test quòd licet in casu nostro licet causa sit diuersa scilicet debitum in quantitate, & legatum in speciebus, tamen non est expressum. uidelicet ob quam causam fuerit factum legatum. Et ideo nihil habet obstare cum in casu nostro utrumque non sit uerum, sed alterum tantum. Nec etiam refragatur, quod uoluit Soci. iuni. in d. consi. 130. quòd de quantitate, ad speciem non fiat compensatio per glo. communiter approbatam in d. l. fin. de compensa. quia illa glo. intelligitur in obligationibus uoluntarijs, & non in necessarijs prout Docto. declarant, & maximè Alex. in d. §. si pater. num. 6. Nec etiam obstat, quòd
* dixit Cor. in d. consil. 202. * communẽ esse opini. quòd compensatio nõ fiat de quantitate ad speciem, quia cum post eum plures reperiãtur moderni tenentes contrarium, ut de duxi, & cum Aret. in d. consi. 93. attestetur secundum modernos dictam distinctionẽ nõ procedere fortassè dici posset nunc illam non esse communem, & dato quòd esset communis, & in iudi-
42 cando eam sequi deberemus † secundum Alexand. in consil. 25. uiso puncto. num. 2. uolum. 6. & Curt. seni. in consi. 43. nu. 3. & in consi. 57. num. 9. & 13. tamen quando communis opi. euidenter reperiretur falsa, seu probabilibus arg. & rationibus conuinci posset ut accutissimi ingenij Iudex existimabit, tunc sequenda non erit secundum Abba. in c. nouimus, nume. 1. de uer. sign. in c. tua nos. nume. 9. de usur. & Barba. in consil. 28. scripsit bellissimè. num. 2. uolum. 1. ubi plura ad hoc congerit,
43 uel quando lex aut canon aliud disponeret, † ut per Augusti. Beroi. in q. 116. num. 2. Et prout meliorem esse opi. illorum arbitror quòd debitor necessarius in quantitate legãdo in specie, uidetur animo compensãdi reliquisse ex rationibus probabilibus supra deductis quæ sunt, uidelicet quòd in necessitatibus nemo liberalis existit, & in dubio testator non præsumitur duplici onere uelle hæredem grauare. Immò minus eum grauare quàm possibile sit. Et sicut lex obligando aliquem sine facto suo minus rigorosè procedit, & contra regulas communes, ita noluit postmodum rigorem addere rigori, in præsumendo quòd in dubio legatum compensãdi animo factum non censeatur, quia tunc hæredem nimis grauaret supra eum duplex onus inducendo. Vel etiam lex, quæ grauauit debitorem in debito necessario contra eius uoluntatem uoluit illum reuelare ab illa necessitate quantum potest: merito

to fecit istam interpretationem, quòd animo compensandi legatum relictum sit quæ ratio cessat in debitore uoluntario, Et
44 tanto magis in istam sententiam † inclinare debemus, quia sicut pater, & libertus, qui sunt debitores ex dispositione legali in dubio uidentur legare animo compensandi, & in legitimã filij, & patroni imputatur quodlibet legatum, & fideicommissum. l. etiam in prin. & per totam legem. ff. de bon. liber. & l. omnimodo in fin. princ. C. de in offic. testa. ita & pari ratione hoc legatum computabitur in quingẽtis scutis pro residuo dotis ad quæ. D. Constantius tenebatur. Nec etiam obstat illud quod dicitur de consideratione qualitatis ipsius. D. Legatariæ &c. & quòd legatum est donatio &c. quia licèt legatum sit donatio tamen testator non expressit quòd legabat ex mera liberalitatis causa, quæ causa si expressa fuisset non fieret compensatio prout etiam ita declarare uidetur Alex. in. d. consi. 7. in fi. col. num. 17. uol. 6. &. D. Marthæ fuit longe plus legatũ, quàm quod contineat eius creditum. Neque obstat, ut uerba geminata in legato posita aliquid operentur, interpretanda esse ꝙ testator uoluerit donare, & non compensare, quia illa gemi-
45 natio fit ex notariorum † stilo, & capite, ut in omnibus testamentis uideri potest. Vnde nihil operari debent secundũ Bar. in. l. 1. in. 6. q. ff. de iur. codicil. Ripam. in. l. centurio. num. 80. ff. de uulg. & pupil. sub. Curt. iuni. in consi. 101. præsupponitur in facto. col. fin. uol. 2. & August. Beroi. in. q. 125. num. 5. Minusq; obstat, quòd in legato. D. Paulæ repetitur præcedens legatum uerbis illis legauit ut supra &c. Neque uerisimile sit prudentissimum testatorem. uoluisse inter sorores tam dilectas inęqualitatem seruare, quia in hoc erit aduertendum, quòd in testamento. D. Constantij non adsunt illa uerba legauit ut supra. Et sic fundamentum super istis uerbis corruit, uel etiam cum simus in claris rationibus, de quibus supra, ideo non erit locus coniecturis. l. continuus. ff. de uerb. oblig. Et erit etiam aduertendum quòd testator non solum ęqualitatem seruasse uidetur inter sorores, legando D. Paulæ bona mobilia, existentia in Monte claro: & D. Marthæ bona mobilia existentia in domo habitationis Brixiæ, ipsius testatoris; sed etiam uidetur præ dilexisse D. Martham relinquendo ei, & eius filio usumfructũ dictę domus; qui inter immobilia computatur secundum Tiraquel de retract. lignagier. §. 1. in gl. 7. Vnde computatio tem-

pore, quo illam domum uterque possidere potuisset. iuxta.l. hære ditatum.ff.ad leg. falc.& ut dicam in fra num.50. legatum D. Marthæ in multo excedebat legatum D. Paulæ. Et longè excedebat debitum D. testatoris. Ideo alterutro debet esse contenta, quãdo in dote non sit plus, ut ait dicit Bar.in. l.Ticia cum testõ.§.qui inuitat.ff.de leg. 2. Et non uidebitur seruasse in æqualitutem inter ipsas sorores; neque legatum facta com-
46 pensatione † remanebit inutile, licèt potius remanere debet quàm hæredem grauari per ea quæ uoluit Aymo.Crauc.in præallegato consi.173.nu.3.uol.1.& ista obiecta tolluntur etiam ex nota.per Curti. iuni.in.d.auth.præterea.nu.23. uersi. tertia
47 difficultas.ubi † dicit, quòd sola obligatio ad antidora, licèt non sit potens ad agendum operatur tamen, quòd legatum cẽseatur factum ad eam extinguendam, & Deci.ibi nu.11.sequẽdo Arc.in consi.92. aliàs.93. uiso legato, dicit compensatio-
48 nem fieri debere in debito, tantum in foro † conscientiæ, quia licèt exigi, non posit in foro contentioso: testator tamen uidetur legatum fecisse animo compensandi, ad exonerationem
49 conscientię pro salute animæ quæ † omnibus rebus præferenda est.l.sancimus.C.de sacr.sanc.eccle. Et ideo multo fortius obligatio efficax, prout ista est, uigore statutorum operari debet, ut legatum factum supradictæ D.Marthæ, debitum extinguat. Vltimo non obstat quòd legatum usufructus factum D. Mathiæ non uideatur rectè posse computari cum debito, quia incertum est quantum eius ætas duratura sit, cum secundum. l.
50 hæreditatum.ff.ad leg.fal.usufructus † legatum computatur, à prima ætate usque ad annum trigessimum, & ab anno trigessimo usque ad sexegessimum. Et sic stante, quòd legatum usufructus domus factum fuit non solum D. Marthæ, sed etiam eius filio, qui est ętatis annorũ trigintatrium uel circa. Et ideo computatio fieri poterit, à dictis trigintatribus annis, usque ad sexagessimum annum: Et sic usufructus longo tempore durare poterit. Et istis sic consideratis non erit incertum, uel erit eius arbitrio repudiare legatum & agere ad residuum eius dotis, ut not.Bar.in.d.l.Ticia. cum testamento.§.qui in uita.ff. de leg.2. Et ideo sibi imputetur si uoluit acceptare legatum.

SVMMARIVM.

1 *Vsure fructus, & interesse accessoria, & dependentia dicuntur.*
2 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
3 *Ius idem in causis dependentibus à principalibus, quod in ipsis principalibus seruatur.*
4 *Vsuræ prohibentur solui pro dote.*
5 *Alimenta pro dote promitti possunt.*
6 *Maritus tot pro centenario alimentorum nomine & non vsurarum habere potest.*
7 *Maritus poterit petere interesse suum si dos in tempore soluta non fuit.*
8 *Maritus si est mercator cum socero conuenire poterit vt annuatim aliquid ei soluatur vsque quo dos ei soluta fuerit.*
9 *Argumentum de pacto ad statutum valet.*
10 *Mulier si post mortem mariti habuit vnde se alere potuerit, non poterit petere alimenta.*
11 *Statutum si exstaret, quòd tot pro centenario mulieri mortuo viro soluerentur donec dos restituta esset, non valet.*
12 *Ratio, eadem vbi est, eadem iuris dispositio esse debet.*
13 *Mulier infra annum soluto matrimonio ab hæredibus mariti ali debet.*
14 *Mulier durante matrimonio nullam actionem habet ad fructus decursos, sed eius maritus.*
15 *Maritus si per decennium stetit in non petendo alimenta dotis præsumitur ea donasse, vel remisisse.*
16 *Debitor interesse dotis promissum nunquam præscribere potest.*
17 *Pupillus quicquid videt ignorat.*

QVAESTIO. IIII.



STANTE supràscripta conclusione, quòd legatum præfatæ. D. Marthæ de Girellis, à D. Constantio de Monte relictum animo compensandi censeatur nunc declarandum uenit, an ipsa. D. Marthæ fructus decursos iam annis quadraginta, uel circa super dicto dotis residuo libras 1500. habere debeat. † Et licet unico uerbo responderi posset quòd cum usuræ, fructus, & interesse dican-

2 tur accessoria, & dependentia † secundum glo. in. §. actionum. in uerbo. cum ergo. Insti. de actio, & accesorium naturam sui principalis sequi debeat, reg. accessiorium de reg. iur. in. 6. Et
3 idem ius seruetur in causis † dependentibus, à principalibus quòd seruatur in ipsis principalibus ut not. Ancha. & Domi. ac Franc. in. c. si autem, quos ibi sequitur Gome. num. 9. de iudi. in. 6. Ideo sicut dictę libræ. 1500. cum legato ei facto computantur, ita & fructus computari debent tamen dato, & quòd dictum legatum non fuisset factum animo compensandi, per hoc fructus decursi peti nō possunt ex forma statutoriū in præsenti casu. Et ita uidetur distinguendum esse secundum Ang. Are. in. §. fuerat num. 4. Insti. de actio. Aut in dotis promissio-
4 ne pactum fuit factum ut usurarum nomine pro dote † aliquid solueretur, & hoc non est licitum. c. quia in omnibus. extra de usur. Aut pactum fuit ut pro alimentis aliquid daretur, & hoc
5 licitum esse uidetur, quia pater † dotem promittendo ex quo eam non dabat, filiam alere tenebatur. l. fin. & ibi Bar. ff. de do
6 li excep. Aut est pactum, quod † uir septem pro centenario alimentorum, & non usurarum uigore habere debeat, & licitum
7 erit: Idemque esset si uerbum pro alimentis † omissum fuisset, quia subintelligeretur. Aut nulla præcesit conuentio & in dote soluenda mora esset commissa tunc usura peti non potest, sed secundum Ang. maritus iudicis officio poterit petere interesse suum in damno euitando consistens, & licet Abb. in. c. salubriter. num. 3. in uersi. & puto de usur. dicat quòd maritus,
8 quando est mercator, uel solitus † ponere pecuniam apud mercatores, cum socero conuenire possit ut annuatim ei aliquid soluat usque ad dotis solutionem: tamen Pau. de Leaz. & Io. Calde. ibi fuerunt in contraria opinione scilicet si maritus nō solitus sit mercari, uel ponere pecuniam apud mercatores, quod possit in pactum deducere quòd aliquid annuatim lucretur, quia sustinet matrimonij onera, & istam opi. sequi uidetur Capi. in Deci. 65. num. 4. Immò ut ibi habetur per eum num. 5. sine pacto dotis promissor ad usuras dotis proportionabiles, uel ad alimenta tenetur, & interesse, & istud est ratione alimentorum, quæ uxori uir facit, ac etiam ratione damni emergentis, ut ibi declarat num. 10. Et in hanc sententiam uidetur etiā cōuenire Gaieta. super secunda secūdæ diui. Tho. q. 78. arti. 2. in respon. ad. 6. nisi per mulierem staret quo minus haberet.

Et

9 Et licèt in hoc casu ex forma statuti debeantur, & † sic tertiam Ang. distictionem amplecti possumus cum bonum sit argumẽtum de pactis ad statuta secundum glo. in Rubri. C. de decre. decurio. lib. 10. & Alex. in l. omnes populi. quæst. 7. post Bart. ff. de Iusti. & iur. tamen erit aduertendum quòd si ipsa. D. Martha fructus decursos post mariti mortem petere uult, & clarum est
10 in iure si ipsa habuit unde aliunde uiuere † potuit prout uide-
* tur habuisse, quòd ea petere non poterit: & hanc esse * communem opinionem affirmat Ang. in d. §. fuerat. num. 6. & ibi Ias. num. 26. quia sibi imputandum, est si dotem non repetiit elapso anno qui hæredibus indulgetur ad eam restituendam: &
* istam esse etiam * communem opinionem attestatur Alex. in consi. 74. uiso titulo quæstionis, num. 12. uol. 5. & Capi. in. d.
11 deci. 65. num. 11. & 12. & 13. dum dicit si † exstaret statutum quòd tot pro centenario mulieri mortuo uiro soluerẽtur; donec, & usque quo ei dos restituta esset. tale statutum non ualeret, uel consuetudo, & mulier uigore dicti statuti nihil alimentorum ratione petere posset, cum sit finita alimentorum causa uidelicet. matrimonium, & seruitia matrimonialia: & dotis titulus extinctus sit, una cum priuilegij causa: & licèt alimentorum causa sit pia, & fauorabilis, tamen per hoc plus debito peti non potest. Et quamuis prædicta iura, & rationes uideantur disponere in mariti hæredibus tamen eadem, & in dotem pro-
12 mittente, & eius † hæredibus militare possunt: quia est eadem ratio: & ex consequenti eadem iuris dispositio. l. illud. ff. ad leg. Aqui. l. à Titio. ff. de fur. Et tanto magis ista procederent si ipsa domina Martha. D. Io. Constantium hæredẽ nõ interpellasset, quia per eam stetisset quominus dotem haberet, & ita fuit opi. Gaie. in citato loco uel. si ipsa pecuniam mutuo non accepisset secundum Cap. in dec. 24. num. 9. prout ipsa non fecit.
13 & est uerum, quòd in primo anno solutionis † matrimonij hæredibus indulto ad dotis restitutionem, à uiri hæredibus alij debuisset, si aliunde non habuisset unde uiuere posset, ut notat. glo. in. l. 1. § exactio. in uerbo. restituendi. C. de rei uxo. actio.
14 & ibi per † eum num. 5. & 6. & similiter clarum est, quòd durante matrimonio: ei nulla actio uel iudicis officium, sed eius marito ad fructus decursos competebat: quia ipse, & non ipsa matrimonij onera sustinebat. d. l. 1. §. cumq; ex stipulatu. l. pro honeribus. C. de iur. dot. & l. dotis fructus. ff. eo. Et ideo aut filius,

lius, & hæres uult ea petere, & uidetur dicendum, quòd non
15 posit: ex quo dum uixit maritus per † decennium, & ultra nō
petijt alimenta, seu fructus, aut interesse dotis non solutæ: ea
remisisse, uel donasse præsumitur.l.uir.usuras.ff.de dona.inter
uir.& uxo.&.l.cum quidā.§.diuus.ff.de usur.& quia usuræ sunt
odiosæ; non est mirum si uideantur remissæ; & licèt dictæ leges ad casum nostrum non extendantur, nihilominus ista extensio fieri debet per ea quæ latè cōgerit Alcia.in trac.præsumptio.in reg.1.& præsumptione.32.num.67.& 69.ubi in terminis dicit si maritus per decennium alimenta, seu interesse dotis non solute petere cessauerit præsumitur ea socero. qui dotem promisserat remisisse, uel fratribus uxoris, & per Bald.in consi.474.post biennium uol.3.ubi ita consuluit per tex. in.d. §.diuus.& similiter eo modo consuluit. Dionisius de Perusio præceptor Ludo.Roma. prout ipse Roma.refert in consi.517. in 4.col.& pro ea opi.consuluit Alex.in consi.74. in.3. & ultima.col.uol.5.& Cor.in consi.206. in fin.col.uol.2. & licèt plures Doct.sint in contraria opini.tamen Alci. dicit opinio. Bal. in puncto iuris esse ueriorem, & solennes Docto.eum secutos fuisse. Et non obstat quòd Alci.ibi in fin.dicat si aliquod inter-
16 esse expresse fuisset promissum quòd tunc debitor † nunquam
illud præscribere posset cum ignorantiam prætendere nequiret: quia respondetur quòd ex quo D. Io. Antonius pater qui dotem promiserat nihil promisit pro interesse, & iam annis circa 34. decesserit relictis post se præfato D. Io. Constantio pupillo, & eius fratribus in pupillari, uel saltem in minori ætate constitutis: uidetur quòd uerisimiliter dictæ dotis promissio-
17 nem ignorare potuerit; & in bona fide † fuisse: quia pupillus
quicquid uidet ignorat.l.1.§.fin.C.de fals. mone. & per reg.cū quis in ius alterius de reg.iur.in 6.&.l. qui in alterius locum.ff. eod.tit.& ideo ex dicto temporis lapsu liberatio, seu donatio præsumitur, & tanto magis cum etiam filius D.Marthæ, & eius mariti postquam maior effectus fuit elapso longo temporis interuallo nunquam petijt dicta alimenta, Et penitus omnis difficultas de medio tolleretur si appareret quòd rationes inter eum, & D.Io Constantium calculatę, & solidatæ fuissent ut ibi per eundem Alcia.nu.5.& 6.in uersi.præterea.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas attendi debet.*
2 *Ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem.*
3 *Testatoris voluntas iuribus, & rationibus declaranda venit.*
4 *Vulgaris substitutio euanescit adita hæreditate. Et quibus verbis fieri possit.*
5 *Cessante causa cessat effectus.*
6 *Substitutio facta furioso cessat furore cessante.*
7 *Conditionis defectus substitutum excludit.*
8 *Filius si est institutus vna cum patre primo admittitur pater, & in eius defectu filius.*
9 *Testatoris dispositio non continet in se ea quæ sunt in conditione.*
10 *Filij in conditione positi non censentur vocati est magis communis.*
11 *Testator si dixerit talem instituo & si decesserit sine filijs masculis alium substituo tunc filij dicuntur vocati.*
12 *Quilibet præsumitur velle regere eius voluntatem secundum legum dispositionem.*
13 *Testator præsumitur se velle conformare cum statutis quando corrigunt ius commune.*
14 *Fœmina exclusa ab hereditate semel stantibus masculis non poterit amplius ad eam deuenire.*

QVAESTIO. V.

SVPER prædicta D.Io.Constantij de Monte hæreditate aliud oritur dubium, ex eo q.a. D. Hieronymus de Marentijs legauit Excelleti Iur.vtr.Docto.D.Io.Ant.de Mõte,& in eius defectu eius filijs bona existentia in Territorio de Castenedulo sibi testatori donata per D.Doroteam uxorem q.fer.Io.Baptistæ olim fratris ipsius D. Hieronymi.ita tamen quòd finito usufructu quem sibi D.Dorothea in dicta donatione reseruauerat, usus fructus transeat in.D.Gisianam uxorem ipsius testatoris: & post ipsius D.Gisianæ mortem usus fructus consolidetur cum dominio ita & taliter quòd ipsa bona pleno iure spectent ipsi. D.Ioan.Ant.uel eius filijs in eius defectu ut supra.Diuinis nominibus omnipo tentis

tentis Dei, ac eius gloriosissime genitricis inuocatis breuiter, ac conclusiuè procedendo uidetur dicendum testatoris uo-
1 luntatem esse † atendendā secundum Capr.in consil.4.nu.14. & Deci.in l.non omni . num.3.ff.si cert.pet.& ideo rectè intuenti eam apparet eius mentem fuisse bona prædicta. D.Io. Ant.spectare, si post mortem D.Gisianæ uixisset: uel eius filijs
2 ipso deficiente, † & optima ratio est: quia ablatiui absoluti in conditionem resoluuntur l.à testatore & ibidem Bart.not.nu. 1.ff.de condi.& demonst. Afflic.in deci.355.num.3. Parisi.in consil.59.num.30.uolum.3.& consi.53.num.6.uolum.2.ubi dicit quòd quando substitutio conditionaliter concepta fuit uidelicet per ablatiuos absolutos, ueluti masculis deficientibus tunc in conditionem resoluitur si deficiant: Et sic illa uerba nil aliud important quam si diceretur si D.Ioan.Anto.ante
3 mortem. D.Gesianæ.deficeret filij eius succedant, ut ex alijs iuribus, & rationibus infra deducendis uoluntas testatoris taliter fuisse dilucidabitur iuxta l.imperator .ff.de leg.2.& primo ratio est quia D.Ioan.Ant.superuixit post. D.Gisianæ mortem & bona hæreditaria adeptus fuit quare testatoris dispositio
4 cessat, quo ad filiorum substitutionem † uulgariter factam l.si mater.§.si falsus & l.seruum communem.ff.de uulg.& pupil. Et quòd ista sit uulgaris substitutio apparet ex relatis à Dida.Couar.in.c.Raynutius.§.4. nume.3.&.4. de testa.ubi uult uulgarem omnibus, & ab omnibus fieri posse, & per uerba generalia, specialia, singularia, & in diuidua causa enim quæ testatorem induxit, ut Casteneduli bona ad D.Ioan.Ant.filios peruenirent, fuit si ipse (ut dixi) ante D.Gisianæ obitum defecisset, sed ex quo superuixit causa cessat, & ex consequenti di-
5 spositio cessare † debet arg.l.adigere.§.quanuis.ff.de iur.patr. &.c.cum cessante.extra de appel.per Ias.l.si cōstante.in prin. num.223.ff.solu.matr. Tiraquel.in d.c.cum cessante.in.1.par.
6 num.111.&.125.† ubi concludit substitutionem exemplarem furioso factam furore cessante cessare: sicuti ubicunque legis ratio cessat, & lex ipsa cessat: & sic cessante causa causatum deficit ut per Oldra. in consil.262.in prin.& similiter. D.Ioan. Ant.hæreditatem uendicante deficit conditio, qui conditionis defectus ipsius filios excludit, prout uidetur esse.tex.in l.si quis ita hæres instituatur.ff.de hæredi.insti.ubi dicitur si quis hæres instituatur si legitimus hæres hereditatem meam uendicare

care noluerit: nam ipso legitimo hærede uendicante conditio
8 deficit. Immò Oldra. in consi. 224. nu. 11. in† fortioribus, terminis dicit quòd si quis simpliciter instituat hæredes patrem, & filiũ ꝙ primo pater admittitur, & in eius defectu filius institutus uidetur per not. in l. gallus in prin. ff. de liber. & poss.
9 Et ideo filij uocati non dicuntur † nisi in defectu quòd pater defecisset cum etiam in dispositione non ueniant ea quæ sunt in conditione, ut per Io. Dilec. in tract. substitu. caute. 36.
10 Et quòd filij in conditione positi non † censeãtur uocati, nec in dispositione positi, ex quo testator eos posuit in conditione, uoluit glo. nota. in l. lucius. la. 2. ff. de hæred. insti. quam à Docto. communiter approbari testatur. Rip. in l. centurio nu. 159. ff. de uulga. & pupil. Parisi. in consi. 77. num. 6. uol. 2. & Dida. Couarru. in c. Raynutius. §. 3. nu. 2. 3. & 7. de testa. plura ad hoc congerit. Nuperimè uerò in lucem ediata fuere commentaria Iulij Clarij in. §. testamentum. lib. 3. reg. 7. q. 77. ubi recitat uarias Doctorum opiniones: Et residet in hoc, quòd opi.
* glo. in. d. l. lucius. sit magis communis.* Et hoc modo distinguit: Aut ille qui erat institutus in testamento erat extraneus ipsi testatori pro ut erat D. Io. Ant. & tunc opi. d. glo. procedit, quòd filij in conditione positi non censeantur uocati: Aut filij in cõditione positi erant descendentes ipsius testatoris; & tunc aut nulla subest coniectura ꝙ testator eos uocauerit, præterquam quòd simpliciter eos posuit in conditione; & hoc casu procedit
* dit etiam opi. d. glo. & magis communis* scilicet quòd testator uoluerit eis reseruare ius legitimæ successionis ab intestato, nec uoluisse hæredem institutum grauare, ut hæreditatem illis restituat: nam conditio ipsa nihil ponit in esse: Et regulariter non inducitur fideicommissum: nisi ex coniecturis mens testatoris colligatur talis fuisse, ut fideicommissum induceretur: Aut uerò subest coniectura quòd testator uoluerit filios in cõditione positos uocare, & tunc opi. Oldra. in consi. 71. intrepide tenenda erit; quòd censeantur tacitè uocati. Et secundum
11 Guido. Pap. in q. 184. num. 2. quem sequitur † Goza. in consi. 87. num. 15. glo. in d. lucius limitatur quando testator adijecit uerbum sine masculis, ut si testator dixerit si filius meus decesserit sine liberis masculis talem substituto: quia tunc filij masculi ueniunt in dispositione: quod tamen in casu nostro factum non fuit. Et dato quòd filij fuissent uocati, sorores
tamen

tamen D.Constantij uocatę non fuissent, quia ut declarat Alc.
12 in trac.præsumptio.reg.3.præsumptio.32.in prin.† quilibet præsumitur uelle uoluntatē suam regere secundum legum dispositionem l.quero.ff.de loca.l.quidam cum filium.ff.de uer. oblig.Et per Paris.in consi.64.num.79.uolum.3. Et ubi statu-
13 ta ius commune corrigunt † testator præsumitur se uelle conformare cum eis ut refert Bart.in.l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad trebel.& Soci.in consi..280.num.4.uolum.2.Et quòd in dubio testator uideatur uoluisse illud quòd statutum suæ patriæ disponit attestatur Affli.in deci.226. num.4.Iuli.Clari.in d.§. testamentum.q.76.reg.6.uersi.secundo infertur. Itaque stante statuto in ciuitate Brixiæ filias fœminas excludente existentibus masculis testator præsumitur uoluisse deficiente D.Io. Ant.ante D.Gisianam, quòd eius filij masculi tantum succederent. Quare sequit̃ illud, quod dicit Paris.in consil.85.nu.30. cum pluribus sequētibus.uolum.2.quòd ex quo in ascendentium successoribus masculi descendentes tantum succedunt: fœmine ab ipsis perpetuo excludũtur:satis enim est quòd tempore quo hæreditas defertur masculi reperiãtur ad hoc ut fœminas excludant: Et licet masculi postmodum deficiant; ta-
14 men † fœmine semel exclusę amplius nõ possunt ad hærediatem uenire: quia perpetuò sunt exclusę,& hæreditas illa deuenire debet ad alios hæredes illorum masculorum, qui fęminas illas excluserunt, & deducit plures rationes & auctoritetes adhoc facientes: Et ideo bona D.Hier.de Marentijs existentia in terra Castenedulí deuenire debent ad hęredes institutos à D.Constantio.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium solo consensu proficitur.*
2 *Congiuges appellantur à prima desponsationis fide.*
3 *Comixtio carnis non requiritur ad essentiam matrimonij.*
4 *Matrimonium est de iure diuino & Papa super eo dispensare non potest.*
5 *Matrimonium dicitur viri & mulieris commixtio indiuiduam vitæ consuetudinem continens.*
6 *Diffinitio denotat esse rei.*
7 *Papa rei substantialia tollere non potest.*

8 *Deus*

8 *Deus quos coniuxit homo non separet.*
9 *Maritus & vxor efficiuntur duo in carne vna.*
10 *Negatiua vniuersalis precisè denegat.*
11 *Vxorem dimittēs ob aliam causam quam fornicationis deducendo aliam mœchantur.*
12 *Papa non est supra ius diuinum.*
13 *Papa est vicarius Christi qui non venit soluere legem sed adimplere.*
14 *Papa iusta causa existente habet potestatem dissoluendi matrimonium rathum per verba de præsenti contractum.*
15 *Matrimonium per uerba de præsenti contractum licet sit verum; est tamen imperfectum quo ad significationem.*
16 *Matrimonium consumatum denotat vnitatem inter Deum & ecclesiam per assumptionem carnis humanæ.*
17 *Matrimonium contractum per verba de præsenti non significat rem indiuisibilem quia denotat vnitatem inter Deum & fidelem animam.*
18 *Matrimonium ante copulam non est ita firmum sicut post, quia ante consumationem denotat vnum, & post vtrunque.*
19 *Matrimonium quare a Deo fuerit institutum.*
20 *Matrimonij consumatio facit esse duos in carne vna; & matrimonium indiuiduum.*
21 *Ius diuinum quadrupliciter accipitur.*
22 *Papa in quibus de iure diuino dispensare possit & in quibus interpretari.*
23 *Matrimonium rathum ex legitima causa dissoluere potest Papa. secundum communem.*
24 *Maritus relictæ ante consumationem matrimonij non dicitur bigamus.*
25 *Religionem ingredi ante consumationem matrimonij regulariter cuilibet licet*
26 *Societas nuptialis à principio fuit instituta vt præter sexuum commixtionem non habet Christi, & Ecclesiæ sacramentum.*
27 *In iudicando & consulendo non erit recedendum a communi opinione.*
28 *In causis matrimonialibus potius erit standum Canonistis quam theologis.*
29 *Papa licet non possit tollere ius diuinum poterit tamē ex causa in aliquo casu dispensare contra illud.*

30 Papa

30 *Papa potest formam datam à iure diuino mutare in æquipolētem*

31 *Papa potest ex causa limitare ius diuinum.*

32 *Papa potestatem habet dispensandi in omnibus, in quibus expressè prohibitum non reperitur.*

33 *Papa ex cōmuni omnium sententia potest contra ius diuinū dispensare, & specialiter super matrimonio.*

34 *Papa ex toto abrogando contra ius diuinum dispensare non potest, vel illud relaxare, sed limitare.*

35 *Papa in casu particulari contra ius diuinum, & morale ex causa dispensare potest, licet in vniuersali non posſit,*

36 *Præcepta moralia exceptis primis duobus decalogi licet non recipiant mutationem in sua totalitate tamen recipiunt mutationem secundum meliorem, & probabiliorem modum per quem Pontifici videatur cessare diuinæ legis ratio.*

37 *Dispensatio si reperitur facta contra ius diuinum in aliquo casu particulari capitur dispensatio impropriè.*

38 *Papa non potest propriè & strictè loquendo dispensare contra ius diuinum etiam cum causa nisi esset rationabilis, & efficax excludens peccatum, & inducens maius bonum, vel nisi concernat publicam vtilitatem.*

39 *Dispensatio facta in pluribus casibus contra ius diuinum, à pontificibus describitur.*

40 *Papa non potest tollere rei substantialia, sed vt res transeat in aliam essentiam vt de monacho non monachum.*

41 *Papa veri Dei non puri hominis vices gerit, & ideo si separat quod Deus coniuxit non facit vt homo, vel erit potius Ecclesia authoritate diuina.*

42 *Christus potestatis plenitudinem reliquit Petro, & eius successoribus.*

43 *Vir, & vxor efficiuntur duo in carne vna sexuum commixtione.*

44 *Nuptiæ non continent Christi, & Ecclesiæ sacramentum sine sexuum commixtione.*

45 *Papæ persona quacunque generalitate est excepta.*

46 *Matrimonium ante copulam licet sit perfectum quo ad vinculum sanctum, est tamen imperfectum quoad significationem.*

47 *Priuilegium Petri in Romano Potifice residet quatenus ex iusta æquitate fertur eius iudicium.*

48 *Pontificis summi factum non est ab aliquo iudicandum.*

49 *Papa omnia potest, & ei non est resistendum sed acquiescendum.*

QVAE-

QVAESTIO. VI.



VERITVR utrum Papa dissoluere posit ma trimonium per uerba de præsenti contractum: Et in hac ardua, ac dificili quęstione inuocata prius spiritus sancti gratia omisis multis quę pro utraque parte deduci possent, requisitus quid sentiā breuiter exponam: præmissa protestatione, quòd non erit intentionis meæ, aliquid scribere, uel deducere quod aduersetur summo Pontifici, aut sanctæ sedi Apostolicæ: Et si quid minus cautè uel peritè deducam me in omnibus subiicio eius decisioni secundum ea quæ dixit Beat. Hiero. ad Damasum in. c. hæc est fides. 24. q. 1. & refert Beat. Tho. in secunda secundæ. q. 11. arti. ad secuudum,
1 uersi. ad tertium in fin. Et in primis † præsuponendum erit, ꝙ matrimonium solo consensu perficitur. c. sufficiat. 27. q. 2. & c. fin. & ibi glo. de spon. duo. Et per tex. & glo. in. c. super eod. in uerbo firmatū. de testi. & Paris. in consi. 51. num. 10. uol. 4. ubi plura ibi congerit. & l. nuptias, & ibi Deci. ff. de reg. iur. &
✲ l. cui fuerit in fin. ff. de con. & demon. & ista est* communis
2 opinio. Canonistarum, & Theologorum. Et sic ueri † coniuges appellantur à, prima desponsationis fide, quamuis inter eos non fuerit coniugalis concubitus secundum Archi. in. c. cō
3 iunx. 27. q. 2. Vnde quoad sui essentiam † necessariò nō requiritur comixtio carnis cum ante copulam carnalem uerum sit matrimonium, ut etiam not. Abb. in. c. ex publico num. 12. de conuer. coniug. per. c. fin. despon. duo, &. c. 1. de uoto. lib. 6. ubi etiam habetur, quòd fuit institutum à, Deo in statu innocentiæ: & sic institutionis tempore non fuit consūmatum ut ibi not. Abb. Nunc uidetur posse dici, omisis argumētis quæ pro, & contra deducuntur à Præposi. medio. in. c. fin. despon. duo. & quæ quasi omnia deducit Deci. in consi. 112. non habita mē
4 tione de. d. Præposi. Mediola. quòd † ex quo matrimonium sit de iure diuino, ut dixi Papa non posit dispensare contra ius diuinum, & præceptum morale, quod continetur in ueteri, & nouo testamento. c. sunt quidam. 25. q. 1. quia ut ibi dicit tex. Papa tenetur legem diuinam usque ad animam, & sanguinem defendere, ut not. etiam glo. in. c. à nobis, de Deci. & Abb. in. c.

5 literas.in.5.not.de resti.ſpo.ſecundo ex matrimonij † defini-
tione moueor, quia matrimonium dicitur uiri, & mulieris cou
iunctio indiuiduam uitæ conſuetudinem retinens. 27.q.2. in
principio,& c.illud.§.fin.de præſumptio,& glo.in.c.2.in uerb.
legitima.de conuer.infide.Inſti.de patri.poteſta.in prin.& per
6 ſpec.de † ſponſali.in prin.num.2.Et ſic ex definitione,quæ de-
notat eſſe rei.ut habetur in glo.in. c. non putamus. de conſue.
lib.6.& glo.in.l.omnis diffinitio.ff.de reg. iur. apparet, quòd
de ſubſtantia matrimonij eſt ut ſit indiuiduum, & indiſſolubile,
7 & Papa † ſubſtantialia tollere non poteſt.c. cum ad monaſte-
rium.in fin.de ſtatu.mona.& l. 2. ff. de uſufruct. ea re quæ uſu.
conſu. Ergo non poterit diſſoluere matrimonium. Facit, &
8 tertio illud dictum Euangelij. uidelicet † quos Deus coniuxit
homo non ſeparet, ut Mathei.in.c.10.& in.c.19.& ſecundum
quod dicit tex.in.c.quos Deus coniuxit 33.q.2.c.ſunt qui.27.
q.2.c.quanto.c.licèt.ca.intercorporalia. de tranſla. epiſ.ca.an
quod,&.c.ſi quis cum matre.cum ſequen.33.q.2.&. c. ebron.
in fin.13.q.2. Quarto facit, quod habetur in Gene.2.Mathei.
19.Marci.10.& in tex.in.c.agatoſa.27.q.2.in.c.ſunt qui dicũt
ea.q.& in.c. gaudemus. de diuor.ubi dicitur,quòd per matri-
9 monium uir & uxor efficiuntur duo in carne † una. Vnde di-
cit tex.in.c.non debet,de conſangui.& aff.uir non habet pote-
ſtatem ſui corporis, ſed mulier, neque mulier habet poteſtatẽ
ſui corporis,ſed uir:Et ſic mutuo obligantur: Ergo per Papam
iſta unio diſſolui non poterit, nec dicat quiſpiam aliud eſſe in
matrimonio confirmato per copulam, quod propriè dicitur
perfectum, & aliud in matrimonio inito ſolo conſenſu.c. qua
propter.27.q.2.quia ut ibi exponit glo.matrimonium percoi-
tum perficitur, non quoad ſui eſſentiam, ſed quo ad ſignifica-
tionem ſcilicet ad coniunctionem animæ fidelis ad Deum, &
Chriſti ad Eccleſiam. Quintò adducitur tex.in.c.ex parte tua.
el.2.de conuer.coniuga.ubi dicitur, quòd in nullo caſu matri-
10 monium diſolui † poſsit, & quia illa negatiua eſt uniuerſalis,
quæ præciſe abnegat, & excludit omnem caſum glo. in reg. 1.
de reg.iur.in uerb.non poteſt in.6. Vltimo, adducit, quòd ha
betur in Mathei.5.& Lucæ 16.& in.d.c.gaudemus. de diuor.
& ibi glo.in uerb.in euangelio,& in.c.dicit dominus. 32.q.1.
11 quòd quicũque dimiſerit † uxorem ob aliam cauſam, quam
fornicationis, & aliam duxerit mœchatur. Et Boeri. in conſi.
20.num.

20.num.10.per plura, quæ congerit dicit quòd matrimonium
12 siue sit consumatum, siue non est † de iure diuino, & Papa nõ
est supra ius diuinum. per not.in.c. proposuit.de conces. præ-
ben.&.c.quanto.de transla.episco.& d.c.literas. de resti. spo.
Vnde potius diceretur errare, quàm legem condere.25. q.1.c.
sunt quidam licèt postmodum matrimonium ab Ecclesia ap-
probatum, dicatur de iure positiuo sequendo glo.in. d. ca. ex
13 publico.de conuer.coniuga. Et Christus cuius † Papa est Vica-
rius non uenit soluere legem, sed ad implere. Mathæ.5. &.11.
q.1.c.magnum. Sed quia semper authoritatem pontificiam
prout decet, magnificare soleo, ac omnimodam potestatem
habere arbitratus fui dummodo claue non errante summus
Pontifex ea utatur. Et ideo præmissis non obstantibus mihi ui
detur de iure sustineri posse Papam habere authoritatem sub-
14 sistente iusta causa, & uera disoluendi † matrimonium ratum.
i.per uerba de præsenti contractum. Et in primis præmitten-
15 dum erit, quòd † licèt matrimonium per uerba de præsenti cõ
tractum, sit uerum, est tamen imperfectum quoad significa-
tionem, non enim illa omnia significat carnali copula consu-
matum, ut dicit Dida.Couarru.in.c.1.§.unicus.in quarto de-
cre.in.secunda par.num.1.Nec erit ita indiuisibile sicut matri-
16 moniũ consumatũ quod denotat † unitatẽ consistentem inter
Deum, & ecclesiam per assumptionem carnis hamanæ in bea-
tæ Virginis utero, ut dicit glo.in.d.c. quapropter. 27. q. 2. ubi
etiam uult humanam carnem nunquam fuisse separatam à,dei-
tate. Et ideo post talem coniunctionem nunquam dissoluitur,
prout etiam dicit Abb.in.d.c.ex publico.num.13.ubi etiam sub
dit, quòd sicut significatum est inseparabile, ita etiam ipsum
matrimonium significans, ut signum correspondeat signato
17 Insti.de donc.§.aliud.Et quæ ratio non † contingit ante con-
sumationem.Nam licèt uerum sit matrimonium quo ad sui es-
sentiam, nõ tamen significat rem indiuisibilem, sed diuisibilẽ,
quia denotat unitatem quæ consistit inter Deum, & fidelem
animam : quæ quidem sæpè dissoluitur intercedente peccato,
ut habetur etiam in.d.glo.c.qua propter, & per hoc non est ita
firmum ante copulam carnalem, & quatenus esset, posset dis-
solui, sicut cæteri contractus.l.si unus. §. pactus.ff. de pac. sed
quatenus est sacramentum regulatur, à natura, & significa-
to : Et ideo non erit mirum si non erit ita firmum ante consu-

18 mationem ſicut poſt, quia † ante conſumationem denotat unum tantum, & poſt denotat utrunque ſcilicet coniunctionem animæ fidelis ad Deum, & Chriſti ad Eccleſiam. iuxta ea quæ habentur in.c.debitum de biga. Et ſic duo uincula magis ligant, quàm unum. iuxta ea quæ nota.in.c.1. de treg. & pac. & in.l.j. C.de pac.& iſtitu.de tutel.in prin. Et matrimonium poſt
19 conſumationem habet † ſuum complementum propter quod fuit inſtitutum à, Deo, ſcilicet ad procreandam ſobolem, & iſtud fuit in ſtatu innocentiæ ante peccatum primi hominis; & ad euitandam fornicationem fuit inſtitutum poſt Peccatum Adæ iuxta dictum Pauli ad Chorinthios quòd qui non poteſt abſtinere nubat, & ut habetur per Io. Andre. in. c. unico. in glo.in uerb.nota.quòd matrimonium de uot. Et ſic per conſu-
20 mationem fiunt duo in † carne una, quæ potiſsima eſt cauſa reddendi matrimonium indiuiduum, & ante conſumationem non erunt una caro effecti, ut dicit tex.in.c.uerum.in fi.de con uer.coniuga.præterea ex quo reperitur diſpenſatum nõ in matrimonio conſumato, ſed contracto ſimpliciter, ut in. d. c.ex publico,& c.uerum. Eccleſia quæ imitatur Chriſtum.c.ſignificaſti de elec. facit differentiam inter ſimpliciter contractum, & conſumatum per copulam, ut plura congerit Anto. Roſel. in trac.de concilijs in.§.uideamus modo.in Tomo. 5. & etiam refert Hiero.Cagno.in.d.l.nuptias.num.6.ff.de reg.iur. ſecundo præmitendum erit ſecundum Caccialupum in tracta. pen-
21 ſio.q.19.in uerſi.quarto notandum † eſt, quòd quadrupliciter accipitur aliquid eſſe de iure diuino ſcilicet largè. quid dicitur ſiue, à Deo, ſiue ab eius Vicarijs conditum, uel inſtitutum, aut authorizatum. Item ſtrictè, quòd in ſcripturis diuinis. i. diuinitus reuelatis reperitur poſitum. Itẽ ſtrictius, quid eſt diuinitus permulgatum, Et ſic quod fuit datũ in ueteri lege per Moyſem,& in noua.per D:N.Ieſum Chriſtum. Et ultimo ſtrictiſsimè dicitur illud. quòd ex diuina inſtitutione in præſenti ef-
22 ficaciam habet, & ipſe Caccialupus † tenet in primis tribus modis Papam poſſe diſpenſare: quo uerò ad ultimum dicit Papam interpretando diſpenſare contra ius diuinum capiendo ius pro.l. ſcripta, Et per plura, alia, quæ abundantiſsimè cumulantur per eum, quæ breuitatis cauſa omiſi. Iſtis mo-
23 do ſic † præmiſsis uidetur dicendum quòd Papa poſsit matrimonium ratum ex cauſa legitima diſſoluere, ut eſt glo.

communiter

communiter approbata in. d. cap. ex publico. de conuer. con iuga. & ibi per Hostien. Io. Andre. & alios scriben. Et Abb. ibi. num. 14. dicit. Doctores per transire communiter cum dictis Hostien. & hanc esse communem affirmat Præposi. Mediola. post Abb. in d. c. fin. in fin. de sponsa. duo. in hanc opi. inclinat etiam Petrus de Anch. in. c. canonum. statuta colum. 6. de constitu. & in consil. 240. & in consi. 409. num. 4. parum dubitationis. & Spec. in. §. nunc. breuiter. in fin. de dispensa. remittens se ad. d. c. expublico. de conuer. coniuga. & Bald. in l. j. C. de iur. aure. annu. & Petr. de Monte, Episcopus Brixiensis in sua monarchia de potestate Papæ in uers. quarta conclusio est. nu. mihi. 95. & hanc esse* communem opi. attestatur Fel. in. c. quę in Ecclesiarum. num. 20. de constitu. & in consi. 26. nume. 16. ubi plura congerit. Et Deci. in d. c. quæ in Ecclesiarum, nu. 48. de constitu. & Soci. in consi. 28. circa primum quæsitum. num. 5. uolum 1. ubi uult hanc esse communem idem Deci. in consi. 112. num. 3. uolum. 1. & in consi. 602. nu. 9. 10. 11. & 12. & in consi. 603. num. 7. & in consi. 681. num. 12. 13. & 14. uolu. 5. Io. de Silua. in tracta. beneficio in tertia parte q. 8. nu. 12. Tiraquel de pœnis in præfatione num. 47. Ioan. Neuizanus in silua nuptiali in. q. deueniendo igitur ad quęstionem nostram. num. 152. & Boeri. in d. consi. 20. num. 21. hanc opi. sequi uidetur dicens eam esse comuniorem ut ibi num. 31. declarando etiam qualiter opi. Beat. Tho. in secunda secundæ q. 88. articulo ultimo, sit intelligenda, etiam hanc opinionem sequitur Cardi. Gaieta. in suo quolibetto. in. q. 25. cap. quęritur utrum matrimonium. in uersi. quo ad secundū. ubi confutando communem Theologorum opinionem dicit si matrimonium con tractum, ac ratum sacramentum esset coniunctionis inter Chri
24 stum, † & Ecclesiam sequeretur quòd maritus relictæ ante ma trimonij consumationem bigamus uerè esset, hoc est falsum er go sequela probatur: quia bigami erratio, est sacramenti defectus: cum non sit unicus unius, sicut Christus unus, uni tātum unitus Ecclesiæ, hic autem defectus manifestè adest secundo coniugio si matrimonium ex solo contractu sacramentum sit coniunctionis Christi: & Ecclesiæ: falsitas consequentis patet ex determinatione ecclesiæ, ut in. c. debitum. de biga. Et ratio prędicta, ut ipse refert sumpta fuit ex illa decretali & conuincit ipsum. Secundo arguit sic si matrimonium solo contractu si-

gnificat coniunctionem inseparabilem inter Christum, & Ecclesiam sequeretur quòd etiam per religionis ingressum naturaliter solueretur: hoc est falsum ergo consequentia probatur, quia mala facienda non sunt, ut ueniant bona, uiolatio autem sacramenti coniunctionis, inter Christum, & Ecclesiam malum est non paruum, cum sacrilegium sit,& si fieret per huiusmodi ingressum quoniam solueretur matrimonium, & consequenter sacrum signum, ideo consequenter datur intelligi, quòd significatum esset solubile: falsitas autem consequentis
25 ex eo paret quòd non dispensatiuè, † sed regulariter cuiuslibet licet ante matrimonij consummationem ingredi religionem immò secundum Sanctum Thom. duo menses coniugibus dātur ante matrimonium ad hoc. Et ut in.c.ex publico de conuer.coniu.patet. Papa non dispensando, sed Ecclesiæ morem sequendo determinat per religionis ingressum matrimonium dissolui ergo &c.&(ut ait Leo.Papa in.cap.cum societas
26 27.q.2.)societas nuptialis,à principio ita instituta fuit,ut pręter sexuum commixtionem non habeat Christi,& Ecclesiæ sacramentum, Et licet istam opinionē impugnet Dida.Couarru. in lib.4.decre.in.§.quartus. num.24. in 2.par.tamen in iudicando, & consulendo nunquam erit recedendum, à commu-
27 ni † op.cano.ut per Alex.in consi.25.uiso processu.nu.2.uol. 6.& per Curti.senio.in consi.43.num.3. & in consil.57.nu.9. & 13.& licet maior pars Theologorum teneret op.cōtrariam.
28 Nihilominus † in causa matrimoniali potius erit standū Doctoribus iuris canonici quam sacrę Theologię,ut affirmat Deci.in d.consi.602.num.9. per nota.Anca.in disputatione incipi.antiquis, & modernis temporibus uiri Catholici.& istud etiam uoluit Paris.in consi.67.num.31.uolum.4. Neque obstant deducta in contrarium, & primo quòd Papa non posit dispensare contra ius diuinum, & præceptum morale quod
29 continetur in ueteri,& nouo † testamento quia responderi potest quòd licet Papa non posit tollere ius diuinum tamen ex causa in aliquo casu poterit contra illud dispensare ut no.glo. in d.c.à nobis.de Deci.Inn.& Abb.in d.c.quæ in ecclesiarum num.2.de constitu.& ibi Feli.num.19.ubi etiam in nume.20.
30 subdit quòd ubi à iure diuino est † data certa forma Papa potest eam mutare in æquipollentem: quòd non est in aliis casi-
31 bus in quibus non esset data certa † forma. Et in.c.ex parte:
cl.1.

col.1.nu.1.uersi.utrum Papa de offi.deleg.dicit quòd Papa potest ex causa limitare ius diuinũ: Et ut uoluit Petrus de Ancha.in 95.378.quem refert Dec.in d.consi.112.num.5. Papa
32 potestatẽ † habet dispensandi in omnibus: ex quibus expressè prohibitus non reperitur. Et idem Deci.dicit in d.consil. 602.num.9.uersi.& in ista quæstione, & in num.12. subdens
33 † omnium esse * communem sententiam quòd Papa ex causa
* possit contra ius diuinum dispensare, & specialiter in matri-
34 monio ut est tex.in c.fin.de diuortijs. † Vel dicas secundum Præposi.Mediola.in d.c.fin.nume.5. de sponsa.duo. aut Papa ex toto contra ius diuinum, abrogando uult dispẽsare &,non potest,nec contra dicta Apostolorum, uel euangelistarum.c. fin.Dis.6.aut Papa uult relaxare ius diuinum, & non potest.c. requiritis.§.nisi rigor.1.q.7.aut uult dispensare in iure diuino
35 1.limitare, & potest. Vel † ut dicit Paris.in.d.consi. 68. num. 115.uol.4.Papa in casu particulari ex causa cõtra ius diuinum etiam morale potest dispensare, licèt in uniuerso non possit
36 per plura, quæ ibi congerit. Et ibi † etiam dicit Paris. in nu. 120.& in nu.139.precepta moralia exceptis primis duobus decalogi in quibus uersatur honor Dei irremisibilis, & utilitas publica indispensabilis: licèt non recipiant mutationem in sua totalitate ex uniuerso, tamen bene recipit mutationem secundum meliorem, & probabiliorem modum, per quem pontifici cessare uideatur diuinæ legis ratio, ut quando causa adesset. per quam appareret esse congruum recedere, à præcepto diuino, & in illo casu ratio dicti præcepti non benæ procederet, quia tunc Papa posset in dicto casu ius diuinum declarare, ac interpretari, & sic dispensare, & hoc diceretur fieri ex mente legis diuinæ secundum applicationem ipsius ad diuersas materias occurrentes, & ad casus particulares contingentes, & deducit ad hæc plures Theologorum, & Canonistarum doctrinas, Et ibi in num.158.uult quòd exceptis illis duobus præceptis decalogi reliqua omnia moralia præcepta erunt dispensabilia, & mutabilia per.d.c.fi.§.is itaque 6.dis.& Thom. in prima secunda q.96.& in quarta distin.27.q.4. Et Paris.in citato
37 loco † num.264.tenet quòd in illis casibus, in quibus contra ius diuinum reperitur in aliquo casu particulari dispensatum esse inductum, ut capiatur dispensatio largè. & impropriè pro declaratione, seu interpretatione, ut uideri potest in decisionibus

nibus continentibus dictos casus particulares, Pontifici enim tanquam Vicario, & ministro uniuersali data fuit huiusmodi potestas interpretandi, & declarandi legem diuinam secundũ, materias, & casus occurrentes, emergentesque, & secundum rationem illis casibus applicabilem, qua considerata non dicitur fieri contra legem diuinam, immò illud fit, & operatur ex mẽte legis diuinæ ac cessante ratione illius. In uera autem, & pro-
38 pria, ac stricta dispensatione † prout est mera relaxatio præcepti istud fieri non potest secundum aliquos etiam cum causa, uel secundum alios nisi ratio efficax, & concludens uigeat, & causa rationabilis, excludens, aut tollens peccatum, uel inducens, maius bonum. Vel nisi concernat publicam, ac priuatam utilitatem, & causa sit necessaria, & recepta, & admissa ab
39 ecclesia: Et plures casus dispensatos † contra ius diuinum per Pontifices Paris. ibi in num. 139. describit, qui tamen prius descripti fuerant à Præposi. Medio. in d. c. fi. num. 5. uersi. simile etiam, & à Feli. in d. c. quæ in ecclesiarum num. 20. & nouissimè. Io. Bap. feret. in consi. 32. considera subiecta. nu. 20. uol. 1. licèt de eis non fecerit mentionem, & eosdem, ac plures not. glo. in. d. c. requiritis. in uerb. ut plerisque. 1. q. 7. Et exemplificat eos casus in homicidio, in furto, in santificatione festiuorum dierum, in dicẽte horas canonicas, in uoto, in eximendo aliquem, à decimarum solutione, in iuramento, & in pluribus alijs iure diuino prohibitis: ubi plura congerit quæ breuitatis causa omittere uolui, cum sit potius laboriosum, quàm subtile ea referre, & in nu. 265. cum pluribus sequen. adducit apertas rationes quare in dictis casibus iure diuino prohibitis fuerit sic permissum, uel dispensatum. Nec obstat quòd in matrimonij diffinitione sit uiri, & mulieris coniunctio, & indiuiduũ, ac indisolubile sit matrimonium, & quòd Papa nõ possit tollere rei substantialia, quia ui deri potest secundum Præ-
40 posi. Medio. in d. c. fin. num. 4. quòd † istud procedit, ut non possit tollere substantialia rei: ut res non duret in suo esse: sed bene potest facere, ut res transeat in aliam essentiam: uel desinat esse, quæ erat, ut in. d. l. secunda, & in glo. in cle. 1. in uerb. pro infectis. de immu. eccle. præterea argumentum procedit de ordinaria potestate, sed de plenitudine potestatis, sicut Papa potest facere de monacho non monachum, ut in d. c. ad monasterium. ita poterit facere de marito non maritum.

Nec

Nec obstat quòd dicitur quos. Deus coniunxit homo non se-
41 paret, quia quod est gestum, à Papa dicitur † gestum à, Deo & qui ueri Dei non puri hominis uices gerit, ut dicit tex.in d. c.quanto, &.c.inter corporalia. in princ.& ibi glo. in ueib.diuina.de transla.Episco.&.c.fi.eod.titu.&.c.prohumani. in.6. & per Ancha.in consi.239. parum dubitatio. in num. 2. & ibi etiam dicit quòd posset intelligi de matrimonio initiato, non consumato carnali copula. Vel ut dicit Præpo.Medio.in. d.c. quanto.in fin.de diuor.non est homo qui dissoluit in isto casu sed Ecclesia authoritate diuina, & uide Soci.iuni.in consi. 31.
42 nu.51.uol.2.Et quia plenitudinem † potestatis reliquit Christus Petro, & successoribus suis.c.ita dominus.19.dis.Et Dei, & Papæ idem est concistorium secuudum Hostien.in d.c.quantò.& Abb.in.c.uenerabilẽ. de elec.ut ibi habetur. Vel responderi potest quòd loquitur in matrimonio consumato per copulam carnalem non initiato per concessum ut habetur in tex. in d.cap.expublico. Et ita declarat Ancha.in consi.239.incip. parum dubitationis.nu.2.& in cõsi.373.reuocatur in dubiũ,& per Deci.in d.consi.112.nu.6.& in d.consi.602.nu.2.&.12. Nec obstat tex.in d.c. Agatosa.& in.c.sunt qui dicunt.27.q.2.
43 ubi dicitur, quòd per † matrimonium uir, & uxor efficiuntur duo in carne una, quia intelligitur sexuum comixtione, ut dicit tex.in d.c.uerum.in fi.de conuer.coniuga.& non ante copulæ consumationem. Et dato quòd uinculum sit contractum ita solo consensu sicut per copulam, tamen ut dicit tex. in.c.non est dubium.cum.c.sequen.27.q.1. non est dubium illam mulierem ad matrimonium non pertinere cum qua sexus
44 comixtio non interuenit: cum † societas nuptiarum ita à, principio sit instituta,ut præter sexuum comixtionem non habeát nuptiæ in se coniunctionem Christi, & Ecclesiæ sacramentum, & non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium cum qua docetur non fuisse nuptiale ministerium, uel ex causa ius alteri aquisitum Papa potest tollere, & sic hoc uinculum unionis dissoluere d.c.quanto.1.responso de diuor. Nec obstat.c.ex parte tua el.2.de conuer.coninga ubi dicit quòd nullo casu matrimonium dissoluitur &c.quia secundum
45 Præposi.Medio.in d.c.fin.num.4. uersi.secundo † adducitur. in quacunque generalitate persona Papæ,uel Imperatoris est excepta,& nunquam eius authoritas excluditur qui Dei uices habet

habet in terris.c.pen.& fi.de transla.Episco.& Ripa.in l.hæredes,num.59.ff.solu.matr.dicit quòd generalis sermo non comprehendit personã Papæ uel Imperatoris, per glo.in.c.de forma.24.q.ultim.quòd intelligit ubi generalitas præiudicaret personis priuilegiatis, si eas includeret: secus si prodesset.facit etiam tex.in.c. quodcumque ligaueris.&c.& quodcunque solueris &c. vel secundum Deci. in d.consil.112. & 602. patet quòd matrimonium dissoluitur per ingressum religionis. dicto cap. ex publico. Ergo illa uerba nullo casu, &c. non accipiuntur præcise, ut uerba sonant, & summus Pontifex. non excluditur, cuius authoritas semper præseruata intelligitur. Nec obstat quòd ultimo dicebatur Mathæi. 5. & Lucæ. 16. quòd quicunque dimiserit uxorem &c. quia responderi potest illud intelligi in matrimonio copula carnali consumato prout declarat Deci. in d.l.nuptias.num.5.ff.de regu.iur.quia
46 ut etiam dicit Didac. Couarr.in citato † loco in 2.part.c.1.§. unico nu.1.in.4.decre. licet matrimonium sit perfectum ante copulam quo ad uinculum sanctum: est tamen imperfectum, quo ad significationem,non enim omnia illa significat quæ significaret carnali copula consumatum. Vel in eo,qui propria authoritate uxorem dimisit,& non in eo qui Pontificis authoritate eam dimittit,quia quodcunq; ab eo erit solutum, vel ligatum erit etiam solutum, vel ligatum in cœlo, ut suprà dixi. Et prout similiter declarat Ancha. in d.consi. 239. nu.4. & in consi.373.reuocatur in dubium,Et ut attestatur Roma.in consil 345.circa primum,col.2.uersi.ponderandum igitur in Ro-
47 mano † Pontifice eatenus Petri priuilegium manet, quatenus ex iusta æquitate fertur eius iudicium.c.manet.24.q.1.& sic dissoluere matrimonium spirituale ex nuda uoluntate, & non adminiculante sibi aliqua iustitiæ causa esset contra diuinam dispositionem, apostolorum ordinationem,conciliorum authoritatem, Roma.Pontificum dispositionem, & iuris ciuilis,
48 ac naturalis rationem. † Quamuis de facto summi Pontificis non esset iudicandum.c.nulli fas.19. dis.&.c.cuncta per mun-
49 dum.9.q.3.&.c. nemini.17.q.4.Vel non † est sic disputãdum quando Papa omnia posit, nec est resistendum his quę ab eo fiunt: aut ordinantur, uel ei contradicendum,sed omnino acquiescendum,& seruari debent secundum ea quæ tradidit Socin.Iun.in consil.31.num.52.uolum.2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium est prohibere ne homines ad arma deueniant.*
2 *Fideiussiones de se ad inuicem non offendendo inimici coguntur prestare officio iudicis, vel ad partis instantiam subsistente causa & cum causæ cognitione, & offensa si extra territorium iudicis facta tregua committitur.*
3 *Tregua dicitur pax ad tempus.*
4 *Pax non frangitur si ex causa noua quis offenditur secundum communem opinionem.*
5 *Treguam frangens potest allegare nouam causam sicut in pace.*
6 *Treguam frangẽs nouã causam allegare nõ põt de consuetudine.*
7 *Communis opinio dicitur quæ plurium authoritate cõmunita est.*
8 *Communem opinionem sequi debemus in iudicãdo, & consulendo.*
9 *Tregua dicitur securitas personis, & rebus inimicorum data ad tempus discordia nondum finita.*
10 *Pax est finis discordię, & in ea rancbori:, ac iniuriæ remissio fit.*
11 *Separatorum separata est ratio.*
12 *Fidem frangenti, fides seruanda erit.*
13 *Doctori attestanti de consuetudine vtrum creden. sit.*
14 *Communis opinio in puncto iuris verior sequenda erit.*
15 *Malitijs, & fraudibus via apperienda non est.*
16 *Iudex æquitatem præ oculis habere debet.*
17 *Treguam frangens nouam causam allegare potest.*
18 *Iracundiæ calore quicquid fit non imputatur.*
19 *Clausula rebus sic stantibus, & aliquid de nouo non superueniente intelligitur in quoquo pacto etiam iurato.*
20 *Offensæ appositione non venit modica, & parua cum ea quæ modici præiudicij sunt non habentur in consideratione.*

QVAESTIO. VII.



VM in pluribus status ecclesiastici ciuitatibus munere iudicandi fungebar ex optima, & antiqua cõsuetudine sequutis inter priuatos
1 iniurijs, † & rixis: earum gubernatores, ad quorum officium, & de iure spectat prohibere ne homines ad arma, & rixas deueniant
2 quos sua in iurisdictione compescere† potuerũt iuxta. l. æquissimum.

ſimum.ff.de uſufruc.& per Abba.in rubri.nume.2.de treg.& pac.cogebant, & prout ego quoq; cogebam iniuriatos, & iniuriatores de ſe ad inuicem non offendendo cauere,uel etiã cauſa ſubſiſtente ad partis inſtantiam ſecundum Feli.in d.Rubri. colu.5.uerſi.qui timet.num.13.& 14.& Doćto.in l.illicitas.§. ne potentiores.ff.de offi.prę̃ſi.& Guilie.in trac.de ſecuri.in prin.& colum.2.ad fi.uerſi.Deinde dicitur: & latè habetur in Deci.ſhola.q.89.Iſta tamẽ cautio cum cauſæ cognitione præſtanda erit ut habetur in §.3. qui incipit.ut autem nõ uidemus ut ſic malitijs hominũ indulgemus.in authen.ne ij. qui oblig. ſe prohibe.denuncia.quem allegat Gulie.de Cugno.in eo trac. de ſecurita.in uerſi.ſed quæro nunquid in ſecuri.colum.7.deducendo ẽtiam plura alia, & declarat Petrus de Ancha.in.c.1. nu.3.de homici.Et ibi in uerſi.tangit ulterius.dicit quòd committitur pœna fractæ treguæ ſi extra territorium iudicis.facta fuit offenſa.Et cautiones prę̃ſtitæ frequenter uiolabantur.Vnde ſæpè dubitari contingebat, an noua cauſa propter quam,ad cautionis,ſiue treguæ uiolationẽ quis mouetur allegari poſsit.

Ieſu Chriſti matriſque eius intactæ Virginis Mariæ Pijs nominibus inuocatis breuiter quid iuri,& æquitati congruum erit
3 in medium deducam . Et ratio dubitandi uidebatur † quia tregua dicitur pax ad tempus,ut not.Ioan.Andr.de treg.& pac.& Abb.in c.nouit.nu.10. de iudi. quod ſequitur glo.in prag.ſanctio.de autho.genera.concilij.in uerbo.guerrarum pag.23.& per treguam non tollitur guerra , ſed intermittitur ſecundum Beat.Ant.in trac.de excomu.c.30.num.5. ſed in pace propter nouam cauſam, ſi quis alium offendat pacem frangere non di
4 citur,† quia de hoc cogitatum eſſe non uidetur ſecundum com
✲ munem * opi.quam atteſtatur Bal.in.c.1.in prin.num.2.de pace tenenda in uſibus feu. ac in eandem ſententiam inclinant Ludo.Roma.in conſil.258. in caſu propoſito Gandi.in trac. male.de tranſac.nu.24.& Dec.in l.cum proponas.nu.10.poſt Bal. Ang.& Alex.C.de pac.& Pariſ.in cõſi.10.nu.89 uol.1.& in cõſ.165.pacẽ intereſſe.nu.22.uol.4. Bar.Bal.Ang.& Imol. in l.quidergo.§.ſi hę̃res,ff.de leg.1.& Hyp. de Marſ.in Rub.de
5 fideiuſ.q.19.nu.151. Et in puncto iuris † plures Doct.in hoc conuenire uidẽtur quòd ſicut in pace,ita in tregua noua cauſa allegari poſsit per glo.fi.in l.cum proponas.C.de pac. ubi habetur frangenti fidem fides frangantur eidem.& quam glo. ſequitur

quit Bonifa.Vitali.in d.trac. ma. de treg.in prin.nu.3.Et istius sententiæ fuit Io.de Imo.in.l.qui seruum.ff. de uerbo.oblig.& Cor.in consi.104.&175.& 217.uol.1.& Alex.in.l.semel.mora.ff.solu.matri.Et in.d.l. qui seruum, & in.l.cum proponas, & ibi per Curti.seni.& Io.de Monte sperello,ac Clau.seysi l.C. de pac.& Imo.in.c.3.de iur.iur.ubi Feli. post Bene.Cap.ult. talem differentiam inter treguam, & pacem de iure non probari.Et ideo standum esse.d.l.cum proponas.idem sequitur Frác. de Aret.in.d.l.qui seruum.ac Bar.& Pau.Cast.in.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.& Bal.in.l.si prædium col.fi.C. de edili. edic.& And.Sicu.in consi.non impresso uiso instrumento promissionis.ubi attestatur ita pluries obtinuisse. Et Aluarot. in.d. tit.de pace.tenen.in princ.nu.13. & Hypo. de Mar. in consi. 9.
6 num.48.In contraria tamen † opinione, quòd noua causa in trega fracta allegari non posit, uidetur fuisse Vincenti Hispa. in.c.1.de treg.& pac.quem sequitur ibi in rubri.Io.And.in addi.ad spec.Abb.& Feli.in.d.c.1.& Alex.in.d. l.cum proponas, & ibi Ias.num.6.& Deci.num.7.C.de pac.licèt dicant quòd potius de consuetudine quàm de iure istud procedat. Et similiter dixit Deci.in consi.130.num.8.& in hanc sententiam conuenire uidetur Archi.in.c.illi qui 24.q.3.& Io.And.in.c.perue nit,& ibi Antonius de Butri.ac Imo. de iur. iur. & Ang. in.d.l. qui seruum.& ibi Rapha.& Pau.Cast.ff.de uerb. oblig. & Imo. in.l.si ex legati causa eo.tit.ubi dixit de consuetudine ita seruari, quòd noua causa allegari non posit,& habetur per Alex.in d.l.qui insulam.eod.tit.& Maria.Soci.in consi.26.Ianuensium. Dux.col.9.ubi etiam assignat diuersitatis rationem, uidelicet quia tregua fit ad tempus Ideo temporis finis expectari debet, & postea se uindicare; Et aliud in pace uidetur, quia perpetua est, & idem tenet Marsi.in.d.consi.9.num.51.& in consi.21.num.60.Et in sua prati.cri.in.§.agredior num.87.ubi plura deducit, & Iaco.Nouel.in sua prati.crimi.in uerb.quoniam.
* ut decet.num.4.& pagi.160.& ista uidetur esse magis*communis opin.ut colligi poterit. ex numero Docto. quos pro utraq; parte deducit Alex.in.d.l.semel mora.ff. solu. matri. & Cor. in consi.42.plura queruntur uol.2.& in consi.51.uol.1.& Marsi.
7 qui sibi contrarius † fuit in consi.83.num.24.Vnde succedit illud quòd dicit Crot.in.l.4.§.cato.num.104. ff. de uerb. oblig. scilicet, quò d illa dicatur communis opi.quæ plurium autho-

ritate

ritate communita est.c.nouimus.de uerb.signi.&. l.j. in uerb. crebrior apud ueteres opinio.est.ff.de officio. quæsto. sed ista est talis, igitur &c.quòd sit talis apparet ex supra relatis, quia plures Docto:pondere numero, & mensura sequuntur opinionem, quòd noua causa allegari non possit. Ideo eorum sententiæ adherere debemus cùm in iudicando; & consulendo, à communi opinione nunquam sit recedendum per plura quæ deducit Alex.in consi.25.uiso puncto.nu.2.uol.6.Cur. seni.in
8 consi.43.num.3.& † consi. 17. nu. 9. &.13.& Paris. in consi. 33.num.28.uol.4. Nec aduersatur illud quòd dicebatur treguam esse pacem ad tempus, & sicut in pace, ita in tregua noua causa deduci possit, quia secundum Bonifa.Vitali. in.d.tit.
9 de treg.in prin.num.3.tregua † dicitur securitas personis, & rebus inimicorum præstita ad certum tempus discordia nondum finita:& pax est finis discordię idē dicit Alua.in.c.1.in prin.nu. 14.de pac.tenend.in usibus feu.subdens duplicem esse treguā, unam legalem, siue canonicam, & aliam conuentionalem; & de quibus habetur in.c.1.&.2.de treg.& pac. Et in ea iniuriæ rā
10 choris, ac uindictæ remissio † fit, ut dicit Roma.in consi.115. uiso compromisso num. 3. ecce ergo, quòd inter treguam, & pacem longa est differentia per plura etiam quæ congerit Deci.in.d.c.nouit.num.49.& 53.de iudi.ubi dicit, quòd dispositio facta de pace non habet locum in tregua: plura ad hoc deducit quoque Boeri.in.q.40.num.2.in prima par. Et ex diuersis illatio fieri non debet.l.Papinianus exuli.ff.de mino.Et sepa
11 ratorum separata † est ratio.l.si maritus tuus.C. de dona.inter uir.& uxo. & facit.l. si idem cum eodem. ff. de iur. omni. iudi. Vnde, quod in uno. casu statuitur in alio obseruari non debet. Nec obstare uidetur glo.fi.in.d.l.cum proponas. C. de pac.ui-
12 detur frangenti. fidem &c.quia immò fides frangenti † seruanda erit secundum glo.in uerb. cum illis in.c. inter uerba. in fin. 11.q.3.& quod est fortius dicit ibi tex. quòd cum illis pacem etiam habere debemus, qui nobiscum pacem habere nolunt.
13 Etsi obijceretur, quòd Doctori † de consuetudine attestanti credendum non esset, quia illa assertio est facti, & in dubijs facti Principes etiam errare possunt.c. 1. de consti.in 6. licèt uerum sit quòd in dubijs iuris crederetur Doctoribus, quoniam eis concessum est iura interpretari, ut in isto proposito tenet Alex.in.l.post.dotem.nu. 29.ff.solu. matri. quem sequitur Ias. in.l.

in.l.de quibus.num.79.ff.de legi.Deci.in consi. 472. num.17. & Are.in consi. 133. ubi inquit si Doctoribus asserentibus de consuetudine crederetur duo cōcurrerent specialia. uidelicet, quòd testes non iurati admitterentur, Et quòd per scripturam testificarentur, quòd minimè licèt.c.testes 3.q.9.&.l.3.§.item diuus.ff.de testi.per.Bat.in.l.Theopompus. ff. de. dot.prælę. & sequitur Curti.Seni. in apostillis ad Alex. in. d. l. post dotem, etiam. Et prædictis nō obstātibus responderi posit quòd licèt Doctori de consuetudine asserenti plena fides non adhiberetur, tamen eius dictum faceret saltem præsumptionem uehementem, & talem cui standum esset, nisi contrarium probaretur secuudum Deci.in consi.691.num.15. & in consi. 694.nu. 15.& pro resolutione. ubi attestatur hanc esse * communem opinionem, & hanc etiā sequitur Aymo. Crauc.in consi. 166. num.9.uol.1. Vel etiam dici posset, quòd uni soli Doctori de consuetudine attestanti non crederetur sicut, & uni testi non creditur, sed secus esset ubi plures Docto. sequerentur opinionem unius Docto.de consuetudine attestantis prout est in isto casu, ubi si consuetudo non esset talis, quòd noua causa allegari non posset, ut attestatus fuit Vicen.Hispa. tot, & tanti celeberrimi Docto. eius opinionem minime sequuti fuissent.

14 Et quanuis Docto. dicant † in puncto iuris ueriorem esse opi. quòd noua causa allegari posit, & secundum opi. in puncto iuris ueriorem iudicare debemus per plura quæ congerit Augusti.Boeri.in.q.62.nu.1. nihilominus ex quo magis communis esse uidetur, ꝙ saltem de consuetudine noua causa allegari

15 non posit. Ideo † contra eam iudicandum non esset: & maximè ne fraudibus,& malitijs uia aperiretur iuxta l.in fundo.ff. de rei uen.&.ca.pastoralis.§. ne lites.de causa.pos.& propriæ. cum hodie delinquentes ut plurimum habere uideantur falsos testes ad probandum quicquid uolunt. Tamen adhærendo

16 æquitati, quā † Iudex pręoculis semper habere debet.l.quòd si offensi.ff.de eo quòd loco cert.& not.glo.fi.in. d.c.pastoralis.si testibus fide dignis & omni exceptione maioribus uerè probari posset aliquem uerbis iniuriosis, uel facto prouocatum statim se uindicasse, & eorum dicta uerisimilia continerent, arbitrarer allegationem nouæ causæ admittendam esse,

17 & prouocatum in † totum absoluendum à pęna conuentionali seu saltem cum eo mitius agendum esse: quia difficillimum est

est iustum temperare dolorē.l.gracchus.C.ad leg.Iuli.de adul. Et ut dicit spec.de accusatore.uers.quid si uocaui te latronem, num.11.quem sequuntur. Docto.si dicto, uel facto,prouocaui te ad irā,& dicto, uel facto mihi iniuriatus se ex hoc mihi cō demnari non debes arg.l.j.§.cum arietes.ff. si quadrupe. pa.
18 fecis.dicatur quia ut ipse uult, † quicquid iracundiæ calore fit non imputatur.c.si quis iratus.2.q.3. & per Tho.grammat.in uot.19.num.16.& ista etiam opi.Afflic.in Deci.206.ubi plura congerit. Et eo magis in istam partem inclinarem, si ex consuetudine officiales soliti essent, & prout solitum est in statu ecclesiastico,in principio regiminis renouari facere oēs treguas per antea factas: & quę etiam communiter fieri solent, quòd durent per mensem finito officio illius officialis,qui eas prestare fecerat, quia tunc cessaret illa ratio Maria.Soci.in citato.consi.26.quòd deberet expectari labi tēpus tregue & postmodum se uendicare: quia in hoc casu nunquam tempus labe
19 retur. Facit etiam quòd in quacunque † comissione,& pacto etiam iurato intelligitur semper inesse illa clausula rebus sic stantibus,& aliquid de nouo non superueniente.c.cum inter. de renuncia.c.quemadmodum.de iur.iur.& not. glo.in.c.fin. de hæreti.& Bar.in l.j.§.& post operis, nume.5.ff.de no.ope. nun.Et similiter intelligi debet in promissione facta in tregua. de non offendendo. Et sicut primo insultans de pace rupta tenetur,& insultati se defendentes etiam si offenderent insultantes non tenerentur neque pacem rumpere dicerentur secundum Ioan.Andre.in reg. frustra.in Mercur.& in addi.ad spec. in tit.de treg.& pac.in prin.& omnes tradunt in.l. ut uim. ff. de iusti.& iur.per illum tex.ita, & pari ratione in tregua concludi
20 posse uidetur. Erit tamen aduertendum, quòd † alicui non licēt propter parui momēti iniuriam se ulcisci quia offensæ appellatione illa non uenit,quæ est modica, & parua cum ea,quæ modici præiudicij sunt, in consideratione non existunt nec attenduntur, quia parum, & nihil equiparantur. c. licēt causam uersi.quamquam.de probatio.& per Roma. in sing. 33. hodie quidam. Et febricula in consideratione non habetur.l. quæsitum.ff.de re iudi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pater naturalis an possit cogi ad cauendum, quòd eius filius, uel ipse non offendet aliquem.*
2 *Iudex locum tutum hominibus præstare debet, vnde si videt aliquē suspectum, qui possit offendere alium, debet illum cogere ad fideiubendum.*
3 *Consanguinitas verè per gradus distinctos probari debet.*
4 *Iudicis officium est prouidere ne partes ad rixas, & arma deueniant.*
5 *Iudex curare debet ne leges ludibrio fiant, neque eius iudicium elusorium reddatur.*
6 *Iudicis arbitrium erit cum causæ cognitione quando cautiones de non offendendo sint præstande.*
7 *Pater non tenetur cauere pro filio naturali.*
8 *Delictum alterius non debet alterum grauare.*
9 *Delicta suos authores tenere debent.*
10 *Afflictio afflicto non est addenda.*
11 *Odio alterius quis grauari non debet.*
12 *Filij naturales non veniunt filiorum appellatione, vbi tractatur de odio, secus in fauorabilibus.*
13 *Filij naturales non dicuntur agnati, neque de domo paterna, uel patris familia siue loquamur in fauorabilibus, siue in odiosis.*
14 *Bastardi in dispositione legali tacita, uel expressa non includuntur.*
15 *Fideiussio vigore statuti si præstāda esset quòd magnates non offenderent populares, & quòd patres pro se, & eorum filijs teneantur, tunc filius spurius non comprehenditur.*
16 *Filius naturalis nisi in duabus uncijs patri succedit, & non habet bonorum possessionem.*
17 *Filiorum appellatione an comprahendantur naturales quæstio est, dubitabilis.*
18 *Iudex cuncta rimare debet.*
19 *Iudici bono conuenit, ut prouincia sit pacata.*
20 *Extensio ob Reipublicæ fauorum fit non solum in fauorabilibus sed etiam in odiosis.*
21 *Naturali filio iniuria facta censetur facta etiam patri.*
22 *Bastardi possunt agere pro iniuria facta cuilibet de genere.*

23 *Naturalis filius licèt non sit in patris potestate, tamen est affectui subiectus.*
24 *Patris interest filium non subire seruitutem, licèt eum non habeat in potestate, & è contra liberis ea facultas indistinctè datur.*
25 *Iniuria ubi cadere poterit, uerisimile est patrem naturalem curare, vt securitas filio naturali praestetur.*
26 *Statutum de compromissis inter coniunctos, comprahendit etiam naturales ob rationis identitatem.*
27 *Vindictae prosecutio ita datur naturalibus sicut legitimis.*
28 *Bastardi, uel naturales in dispositione pœnali comprahenduntur filiorum appellatione.*
29 *Luxuria non debet esse melioris conditionis quàm castitas.*
30 *Naturales filiorum appellatione comprahenduntur, quando eadē ratio militat in filijs legitimis, & naturalibus.*
31 *Naturalis comprahenditur in casibus odij rationabilis appellatione filij.*
32 *Pater cogi poterit non solum pro facto proprio ad cauendum, sed etiam pro familiaribus, complicibus, & adhaerentibus.*
33 *Familiarium appellatione ueniunt omnes qui in domo habitant.*
34 *Pater si ex forma statuti tenetur emendare damna per filios, tenetur etiam pro filijs naturalibus.*
35 *Pater non solum cauere debet pro filijs naturalibus, sed etiam pro omnibus natis ex illicito coitu.*
36 *Spurius, & naturalis comprahenditur in pœnis statutorum.*
37 *Distinctio ex qua infertur quando filij naturales includuntur vel alij.*
38 *Fauor publicus multipliciter capitur.*
39 *Publici fauoris causa multa conceduntur, quae aliàs non concederentur.*
40 *Publica vtilitas praefertur priuatae.*
41 *Publica vtilitas in quacunque dispositione exceptuata intelligitur.*
42 *Iniuria facta naturali filio, vel spurio habitanti cum patre, ei facta videtur.*

QVAE-

QVAESTIO. VIII.

1 

LIAS dubitari uidi, an pater† cogi possit ad promittendum, & cauendum quòd eius filius naturalis, uel ipse non offendet illos, qui filium naturalem uulnerauerunt, aut aliter iniuriauerunt iuxta antiquam status ecclesiastici consuetudinem, ubi iniuriati cum iniuriatoribus de se ad inuicem non offendendo cauere coguntur, seu, ex iudicis officio, quod est latissimum, ut habetur per omnes in. l. 1. ff. de iur. omni. iudi. Vnde, ut refert Inno. in. ca.
2 primo num. 6. de offi. de lega. si iudici † uidebitur aliquem esse suspectum, quòd uelit offendere alium: poterit eum cogere ad præstandum cautionem super illius securitate: quia Iudex (ut ipse ait) locum tutum hominibus præstare debet: seu etiam ad partis instantiam, ut uult Bar. in. l. qui bona fide. §. si quis iuxta. ff. de dam. infec. & Feli. in rubri. de treg. & pac. num. 13. & 14. & latè habetur in Deci. Tholo. 489. & ibi etiã in apostil. Et dixi supra in. 7. q. Et istæ cautiones sunt necessariæ: quia secuto homicidio, aut alia iniuria, uel facto, inimicitia inter, utriusque partis consanguineos oritur respectu agnationis, ut
3 inquit Anchara. in consi. 52. proclariori † decisione. num. 3. ibi etiam nu. 7. uult cõsanguinitatẽ uerè per gradus distinctos probari debere, & non sufficere si probaretur, quòd tales pro cõsanguineis se tractauerunt, quia hoc cõsanguinitatis possessorium nõ in alijs quàm in patre, & filio ac uiro, & uxore procedit immò inter fratres iure cautum non reperitur, quòd procedat: & quando istæ cautiones præstantur consanguinitatis gradus probari debent, & super his testis dicti sui causam sufficientem reddere debet. cap. cum causam. de testi.
4 Inuocatoque prius diuino nomine † præmittendũ erit. Iudicis officium esse in prouidendo ne partes ad rixas, & arma deueniant. l. æquissimum. ff. de usufruc. post positisque subterfugijs omnino, & quam primum prouidere debet ne scandali ma
5 teria oriatur. l. illicitas. §. ne potẽtiores. ff. de † offi. præsi. curareque debet, ne ei leges ludibrio fiant: neue eius officium. reddatur illusorium l. fin. §. ubi autem puerilis. C. de bon. quæ libe. & l. si prætor. la. 2. ff. de iudi. & l. fi. ff. ne quid in loc. publi. Et à

6 Iudicis † arbitrio pendet cum causæ tamen cognitione, an, & quando cautiones de non offendendo præstandę erunt ut dixit Bar. in d. §. ne potentiores. num. 2. uersi. quæro quid sit securitas, & Feli. in Rubri. de treg. & pac. num. 10. uersi. 1. declaratio. & Guiel. de Cune. in trac. de securi. in prin. colum. 2. in fi. uersi. deinde dicitur, eius arbitrio relinquitur, quantum durare debeant secundum Bar. in citato loco. num. 7. Istis modo
7 sic præmissis, & † obstare nō apparentibus, dicendū uideretur, quòd pater cogi non posit, quia secundum Ancha. in d. consil. 52. in prin. ij pater satisdationis onere ex alieno delicto, &
8 successiuè alijs quoque grauioribus pœnis † grauaretur nisi satisdationem præstaret, esset iniquum, ac iniustum, quia unus ex alterius delicto grauaretur contra c. si hæres. 23. q. 3. c. qui sicut. &. cap. fin. de his quę fiunt à maio. par. cap. & l. si quis in
9 suo. circa fin. C. de inof. testa. Et † ratio esse potest quia delicta suos authores tenere debent: & non ad propinquos, notos, familiaresque extendi, quos sceleris reos societas non facit. l.
10 sancimus. C. de pen. Et † facit etiam ut ipse refert, quia afflictio afflicto non est addenda. c. cum percusio. 7. q. 1. &. c. ad eius. 5. dist. l. nauis. §. cum autem, & ibi. glo. in uerb. duplici. ff. ad leg. rod. de Iac. quæ afflictio patri afflicto adderet, cuius filius uulneratus fuit, aut aliàs iniuriatus, si ad cauendum pro se ac filio, eiusque consanguineis de non offendendo uulnerantem, aut iniuriatorē, & eius cōsanguineos cogeretur. aliudque
11 absurdum sequeretur quòd alteri per alterum † iniqua conditio afferreretur, & quis alterius odio grauaretur quod esse non debet. eo. tit. in. 6. Vnde Bal. in rubri. C. res inter alios acta, dicit si statutum aliud, disponeret non ualeret. Et hæc coadiu-
12 uantur quia † quando de odio agitur, filiorum appellatione filij naturales non compræhenduntur, ut notat Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. colum. 9. num. 25. uersi. successiue, & ibi etiam per Alex. num. 31. ff. ad Trebel. quamuis in fauorabilibus filij naturales cōpræhenderentur, & præsertim in legis, uel statuti dispositione secundum Alex. in l. 2. §. pretor num. 9. ff. de inius uocan. Ideo si pater ad promittendū cogi posset, & filius rumperet treguam ad pœnæ solutionem teneretur: & istud esset odium irrationabile iuxta titu. C. ne filius pro pat. Prędicta quoque corroborari possunt, quia licet cautiones pro principalibus, & eorum consanguineis, & agnatis præstari soleant,

13 leant, † tamen filijs naturales non dicuntur agnati.l.ſpurius.
&l.hac parte.ff.Vnde cogna.neque de domo paterna,uel patris familia appellantur. ſecundum Bart.Bal.Saly.in l.fin.C.de uerb.ſigni.ubi dicunt Peruſiæ.ita conſultum fuiſſe pro illis de Petra mala.prout ē̄t refert Alber.Bru.in trac.ſtatu.in uerb.baſtardi.Et Anchara.in conſi.389.uol.3.& in conſi.200.colum. fin.uolum.4.& Alex.in d.§.ſi quis rogatus.num.55.Nec con-
14 iuncti ſunt ut per Alex.in conſi.60.nu.15.uolum.2.Et † quòd baſtardi in diſpoſitione legali tacita,uel expreſſa non includantur uoluit Benedic.Cap.in conſi.1.nume.20.& in conſil.139.
15 num.12.& in conſi.90.num.6. Et pro † præmiſsis ualde urgere uidetur illud quòd affirmat Rayneri.& Din.in l.cū pater.§. mater.ff.de leg.2.ubi habetur, quòd ſi in ciuitate ſtatutum extaret ut magnates cautiones pręſtare debeant de non offendendo aliquem de popularium numero,& quòd pro ſe,& ſuis filijs patres teneantur, ſi filij offendant: ſi tunc ſpurius unum de populo offendit, cautio, & pœna non committitur, & iſtam opinionem refert,& ſequitur Bal.in d l.cum pater.§.uolo.& Alex.in conſi.60.num.26.uolum.2.& in d.§. ſi quis rogatus. num.48.& num.28.refert Dynum.piſtorijs in facto determinaſſe, dum quidam cautionē pręſtitiſſet pro ſe &,filijs de non offendendo: quòd ille pater non incidit in pœnam licet eius filius baſtardus offenderit.& Dyn.in terminis conſuluit quòd pater non teneretur præſtare fideiuſsionem pro filijs ſpurijs in conſi.6.excuſſo in conſilijs criminalibus diuerſorum Doctorum inci.quæſtio continetur uolum.primo. Vltimo prædicta confirmantur, quia ut affirmat Afflic.in Deci.392.nume.ui-
16 geſimoſecundo, filius naturalis de iure niſi in † duabus uncijs patri ſuccedit authen.licet. C. de natu.libe.Vnde non habet bonorum poſſeſsionem, unde liberi, uel unde agnati, & in bonis paternis nullam bonorum poſſeſsionem habet, Et talis filius non compræhenditur in principis diſpoſitione, de filijs mentionem faciente, ut ibi per eum num. 3. Vnde ſi pater pro eo promitteret, cum in eius bonis nullam habeat bonorum poſſeſsionem fortaſsè nollet promiſſa per patrē ſeruare, ex quo ipſe de bonis paternis parum percipit, & parum, aut nihil æquiparentur. Et licèt ſecundum Anchara.in conſi.177. apud me.in prin.dubitabilis ſit quæſtio, utrum filiorum ap-
17 pellatione † compræhendantur naturales, & deducta in con-

trarium multum urgere uideantur; tamen illis non obstantibus, si Iudex in cuius arbitrio omnia ista resident, ut præmisi cuncta rimabit prout de bet.c.iudicantem 30.q.5.&.l.Iudi-
18 ces.C. de iudi.reperiet † non odiosum esse, sed fauorabile cogere partes ad præstandas cautiones de se ad inuicem non o ffendendo iusta tamen causa existente, cum ad alium finem non præstentur, quàm ut scandala,& contentiones euitentur, & cum reipublicæ intersit, ut prouincia pacata, atque quieta
19 sit: † ac bono,& graui Iudici congruat ita curare l.congruit. ff.de off.pręsi.& dato etiam, quòd essemus in odiosis, nihilominus ob reipublicæ fauorem extensio fieret, sicut in fauorabilibus fit secundum Marsi.in consil.57. nume.34.uolum.1. Et
20 quia † ut dicit Ancha.in citato loco in hac materia pacis,& scandali ita participant naturales tantum, sicut naturales,& legitimi Et pater cogi poterit ad promittendum pro filio natu-
21 rali iniuriato, quia iniuria filio etiam † naturali facta,patri facta uidetur l.j.§.id autem per semetipsum.ff.de iniur.Et è contra bastardi,& spurij agere possunt pro iniuria facta cuilibet de
22 genere † secundũ Bar.in l.cum simus nu.4.C.de agri.& censi. lib.11.& quamuis filius naturalis in patris potestate non sit. §.
23 fin.insti.de nup.negari tamen non poterit; quin sit † affectui subiectus:& in hac opi.fuit etiam Alex.in d.l.ex.facto.§.si quis rogatus.num.38.ff.ad Trebel. Atque reuerentiã,& inclinationem naturalem,ac imitationem paternam habet secundũ.Bal.
24 in l.quisquis.C.ad leg.iu.maiest.& † ut dicit tex.in l.j.ff.de libe. cau.patris interest filium non subire seruitutem,licet in potestate patris non sit:& uersa uice liberis eadem facultas indistin
25 ctè † datur. Vnde ubi iniuria cadere poterit uerisimile erit patrem curare, ut filio naturali securitas præstetur: cum ratio naturalis inclinationis, affectionis obedientiæ & reuerentiæ paternæ etiam in filio naturali militet l.parentes.ff.de in ius uo. l.hos.§.omnibus, uersi.sed cum natura.ff.de accu.& l.iura san guinis.ff.de reg.iur.& per glo.in clem.uni.in uerbo.liberi de baptis.& cognatus dicitur l.si spurius & d.l.hac parte.ff.unde cogna.unde patet quòd filij.& liberi dicuntur ut in authen. nunc soli liberi.C.de natu.libe.Et ut dicit Ancha.in d.consil. 187.num.2.statutum de compromissis inter coniunctos com
26 præhendit etiam † naturales ob rationis identitatem tollendi iurgia, lites, odia,& iniurias,suadente naturali æquitate: Et in materia

mateia scandali ita naturales participant, sicut legitimi. Et uin
27 dictæ † prosecutio ita naturalibus, sicut legitimus dat: quia ex legis prouisione omnes comprænduntur d.§.omnibus.& l. adoptiuos.§.seruiles.ff.de rit.nup.& de his latè per Mar.Anto. Blan.in trac.de compromiss.3.q.prin.§.naturales.uersi.in hoc articulo. Ergo, & pari ratione pro eo promittere debet pater.
28 Prædicta etiam confirmari possunt, † quia filij natu ales, uel bastardi filiorum appellatione in dispositione etiam pęnali includuntur, ut latè habetur pro Gundissal.in tract.de hæ.eti.q. 23.num.3.ubi plura congerit, & maximè glo.in.c.statutum.el.
29 2.in uerb.uolumus. † de hæreti.in.6.quæ dicit & hoc æquum, ne melioris conditionis sit luxuria, quàm castitas licet aliquan do plus iuris habeat ut habetur in.c.fraternitatis.& ibi glo.34. Dis.& similis ratio habetur in authen.de resti.& ea quæ pa.cir ca fin. & quam glo.in d.c. statutum. ibi sequuntur Archi. Io.
✠ Andre.& communiter * Doct.in l.ex facto.§.si quis rogatus. ff.ad Trebel.unde etiam ut dicit Deci.in.c.in præsentia: num.
30 127.&.132.de proba.quando † eadem ratio uerisimiliter in naturali sicut in legitimo concurrit filiorum appellatione naturales ueniunt prout concurrere uidetur hic. Ac etiam Guan
31 dissal.in † citato loco.num.4. subdit in casu odij rationabilis simplex appellatio filij comprehendit etiam naturalem l.liber tinorum iunc.rubri. C. de interdic.matri.inter pupil.& tuto.
32 sed hic fauor publicus potius uersatur, quam † odium rationabile. Ideo tanto magis pater cogi poterit ad timenti promittendum, & cauendum, non solum pro facto proprio, sed etiam pro facto familiarium, complicium, & adhęrentium suorum iuxta Bar.in d.§.ne potentiores.uersi.quæro circa.nu.5. Et Bal.in l.1.num.11.C.de epis.& cleri.Vnde tenebitur pro filio naturali promittere, siue, quia, in dispositione includitur ut deduxi, seu quia ex iniuria filio facta naturali cauendo pro se tanquam principali iniuriato, & pro adhærentibus, & fami-
33 liaribus suis: ex consequenti cauere tenetur. Et Ideo † filius naturalis prædictorum appellatione includetur, quia familiarium appellatione ueniunt omnes qui in domo habitat, ut no tat glo.in c.13.q.5.& facit tex.in l.fin.§.sanè.C.de his qui ad eccle.confu.licet aliquando pro negotijs gerendis abesse contingant ut habetur in.c.fin.de uerb.sign.& declarat Bart.in l. tutelas in prin.num.6.ff.de capi.dimi. Et ad hęc facere uidetur

Deci.Guido.de suz.in authen.ex complexu. C. de incest.nup.
34 ubi habetur, quòd si † statuto caueatur quòd pater dãna per filium data emendare teneatur, quòd tenebitur pro filio naturali emendare, & quam deci.ponit, & sequitur Ioan.Andre.in addi.ad spec.in rubri.qui filij sint legi.in uersic.quæstionum de statuto & eam describit Alberi.in l.filium.colum.3.uersiui di etiam dubitari.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.quam etiam refert,& sequitur plura adducendo Boeri.in Deci.127.nu.20. par.1.Et de.q.facit etiam mentionem Alex.in d.§.si quis rogatus.num.30.dicens opini.Imo.tenentem contra Io.Andr. esse ueriorem in iure, licet pòstmodum ibi.nu.3. dicat eam salvari posse, quia si pater naturalis non teneretur promittere,sequeretur absurdum quòd esset melioris conditionis luxuria quam castitas. Et Ideo si pater pro filijs legitimis, qui nõ sunt odibiles tenetur : multo fortius pro illegitimis, qui legibus sunt odibiles teneri debet arg.eorum,quæ not.Io.And.in d.c. statutum.uersi.in glo.supra dixit ibi de hæret.in 6.

35 Erit modo aduertendum quòd si illa ratio glos.in d.c.statutũ.el 2.in verb.uolumus.de hæret.in 6.uidelicet ne sit melioris * cõditionis luxuria quã castitas sit uera, prout Doct.* cõmuniter se qui uidentur, quòd tunc pater non solum pro filio naturali cauere tenebitur,sed etiam pro illis,qui ex omni alio illicito,ac nefario coitu nati erunt: quia illa ratio glos.uidetur esse generalis:& Ideo omnes comprehendere debet. Et tanto magis spurios nothos,& manseres, ne melioris cõditionis essent quàm filij legitimi & naturales, vel naturales tantum : prout etiam innuere uidetur Alex. in d.l.ex facto.§.si quis rogatus. nu.49.uersic.iuxta, hæc dubitat.ff.ad Trebel. vbi uult quòd in statutorum pęnis comprehendatur naturalis, & spurius, ne sit
36 melioris † condictionis luxuria &c.aliàs sequeretur absurdum quòd ubi pater magis peccasset, magis, à pœna excusaretur quod esset contra rationem d.glo.Et Ideo aut illa ratio glo. erit bona, & pro omnibus pater tenebitur, Aut non & poterit asignari alia ratio quam,describit Cyn.in d.l quisquis.colum. 2.uersi.quarto quæritur.C.ad leg.Iuli.maiest.cum qua pertransire Videtur Alberi. & Saly.ibi. colum.prima.uersicul.quæro
37 tertiò.ubi sic distinguitur, † aut filius ex certo complexu natus est, ut ex concubina, uel alio coitu certo licet à lege damnato. Et quia pater uidetur certus in eo locum habebit d.lege.

quisquis.

quisquis cum etiam talis filius dicatur, à sanguine improbato argu. text. in. l. nihil, &. l. adoptiuus. §. seruiles. ff. de rit. nupt. Aut est natus ex tali coitu, ex quo pater reputatur incertus: & tunc Cyn. dicit non habere locum d. l. quisquis. quia rationes cessant, secundum quas nos debemus informare. §. oportet. in authen. de iudi. &. l. lege. §. primo. ff. de rit nup. Et licèt omnia in contrarium deducta, ex supradictis illidantur tamen clarius responderi potest ea non obstare, quia in illis casibus tractatur, ne quis ex alieno teneatur delicto, & sic de pęna soluenda, deque damno euitãdo. Ideo inconueniens non erit, si filius naturalis, uel spurius in
38 dispositione non includatur cum simus † in odiosis: Sed hic tractatur de obligando patrem pro filio naturali, uel spurio ad euitanda scandala, & sic de publico fauore qui multipliciter, capitur secundum Bar. in. l. j. uersi. tu uero. num. 25. ff. solu. matri. & qui fauor publicus uersatur in asicurãdis hominibus, & in scandalis euitandis, & in prohibendo, ne quis re sua male
39 utatur: atque intenendo prouinciam pacatam. Et ob † fauorem publicum multa conceduntur quæ aliàs non concederentur, ut dicit Spec. de disputa. & allega. §. satis. clarè, uersi. & bre
40 uiter num. 5. Et ultilitas publica erit † præferenda priuatæ per ea quæ cumulant Docto. post Barto. in. dicta lege prima sicut etiam in quacunque dispositione publica utilitas semper intelligitur exceptuata secundum Afflict. in Decis. 89.
41 num. 29. Vnde † nimirum erit si interpretabitur, quod pater ita pro filio naturali, uel spurio, sicut pro filio legitimo, & naturali promittere teneatur cum etiam utilitas publica interpretatione coadiuuãda sit. l. hoc, modo. in fi. ff. de con. & demon. Et si aliter diceretur luxuria plus commodi, quam castitas ha-
42 beret, Vel etiam ea ratione † patrem teneri potest dici quia iniuria facta filio naturali uel spurio secum habitanti uidetur facta patri, cui uigore affectus subiectus est, licèt in eius non sit potestate: Et ut dicit glo. in. c. ad apostolicæ. in uerbo. offendere. de sen. & re iudi. pater offenditur in filio, & dominus in seruo. Et Ideo cum. pater cogi posit ad cauendum pro se, & eius familiaribus, adhærentibus, & complicibus, ut uult etiam Guigliel. de Cugno in trac. de securitate uersi. sed quæro quid promitteret. col. 10. in ista cautione includetur etiam filius naturalis. Et pater ex causa filij nõ grauabitur ultra illud, ad quod teneba-

tenebatur, quam etiam, promissionem uerisimile erit filium seruaturum ob reuerentiam, & inclinationem naturalem, quã erga patrem habebit per ea quæ supra deduxi. Et prædictis adde. Iaco. Nouel. in sua praxi. crimi. in. §. quoniam, ut docet. nu. 97. ubi uult quòd si extaret statutum quòd prodesset alicui habere pacem à filijs occisi, quòd illi tali proderit si pacem habebit, à filijs spurijs.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium consensu contrahitur verbis expressis, uel per alia signa.*
2 *Matrimonium contrahitur licèt consensus non simul præstetur ab vtraque parte sed temporis interuallo.*
3 *Matrimonium contrahitur per parentes filijs presentibus, & tacentibus, & in num. 4.*
4 *Matrimonium quibus verbis contrahatur.*
5 *Matrimonium dum contrahitur, nil differt aliquid fieri verbo, vel facto in consentiendo.*
6 *Matrimonium contrahitur per consensum præstitum nutu, vel alio signo.*
7 *Matrimonium quando contrahitur in quo casu erunt necessaria verba.*
8 *Matrimonium probari potest per duas mulieres, & aliquando per matrem, & unam mulierem.*
9 *Testes variantes in die sunt singulares, & non probant.*
10 *Confessio facta parte absente, & extra iudicium non probat, & præsertim in causa matrimoniali.*
11 *Testes debent esse omni exceptione maiores in causa matrimoniali.*
12 *Matrimonium consensus, & non concubitus facit.*
13 *Testis singularis semiplenam facit probationem, & aliquando plenam.*
14 *Præsumptio vna elidit aliam.*
15 *Presbiter matrimonium contrahere non potest.*
16 *Iudices debent esse potius proni ad liberandum, quàm ad condemnandum.*
17 *Præsbiter contrahens matrimonium qua pœna plecti debeat.*
18 *Abiuratio qualiter fieri debeat ab incidentibus in hæresim.*
19 *Præsbiteris fornicarijs quæ pœna imponatur.*

QVAE-

QVAESTIO. IX.



N Themate mihi presuppoſito ſuper tribus orta fuit dubitatio, in primis an ex fide data inter præsbiterum Georgium, & Lauiniam matrimonium dicatur contractum. Secundo an ex teſtium deſpoſitione probetur matrimonium inter eos contractum. Tertio, & ultimo an ſit locus abiurationi, uel qua pœna plectendus erit dictus Georgius. Et inuocata ſpiritus ſancti gratia omiſsis argumentis, q̃ hinc inde deduci poſſent præſuppono in primis quòd
1 matrimonium cõſenſu uerbis † expreſsis contrahatur per illos qui loqui poſſunt, uel, & per annuitiones capitis, & alia ſigna ut not. Cyn. in l. j. num. 18. ff. de iuſti. & iur. Et ad contrahendũ
2 matrimonium non eſt neceſſe conſenſum† ex utraque parte ſimul præſtari, ſed ſufficit ſi unus per prius conſentiat, & eo durante in præſupoſito. poterit alter conſentire ſecundum Feli. in conſi. 39. num. 3. per Hoſtien. in. c. dilectus. de ſponſa. quem ſequuntur ibi communiter Docto. immò quod eſt fortius. Feli. ibi. num. 4. refert domini. tenere. in. c. 2. in. col. 2. de lit. conteſta. in. 6. quòd ſi uir una die exprimat uerba apta ad matrimonium, & mulier nihil reſpondeat, ſed poſtea alia die reſpondit per uerba ad matrimonium habilia, quòd matrimonium erit contractum. quia reſponſio ex interuallo facta matrimonio non nocet per Io. Andre. in. c. pe. de ſponſa. & Archi. in. c. ſufficiat. 27. q. 2. &, ut atteſtatur Soci. Iuni. in conſi. 29. circa præſentem num. 1. uol. 2. non eſſent neceſſaria uerba in con-
✣ trahendo matrimonio ſecundum magis * communem opini. ſed ſufficeret conſenſus per nuntium, uel epiſtolam per c. cum apud deſponſa. Deueniendo modo ad primum dubium dico omnia habilia ad contrahendum matrimonium in præſenti caſu interueniſſe. licèt inter præsbiterum, & mulierem ſolutam matrimonium interuenire nõ poſsit. c. primo, &. c. placuit. 32. diſtin. & pondero fidem datam inter præsbiterum Georgium, & Catherinam de dando, & accipiendo Lauiniam eius filiam in uxorem. Et licèt filia tunc non eſſet præſens, Et ſic non poſ-
3 ſit dici nos † eſſe in caſu. ubi filius præſens, & tacens obligetur ex matrimonio contracto per parentes fauore matrimonij ſecundum

cundum Feli.in.c. nonne. num. 8. in uersi.fallit secundo. de præsumptio, tamen sicut sponsalia contracta per parentes infantium confirmantur per eorum cohabitationem, uel uerbo, aut facto subcedente, ut si post septennium eam osculetur, aut secum iaceat. secundum tex.in.c.unico.in prin. de desponsa. impube.in.6.ita etiam Lauinia uidetur consensisse continuante consensu ipsius Georgij, quia, ut dicit tex.in.c.si inter uirũ. de sponsa.matrimonium per hæc uerba contrahitur, ego te in
4 meam accipio,& ego te accipio in † meum. Vel,ut not. spec.in eod.tit.num.6.per plura alia uerba æquipollentia contrahitur: ut si dico consentio in te sicut in meam uxorem, aut accipio, te in meam uxorem, uel mihi placet te habere in uxorem, sed in præsenti casu,ut deponit Catherina mater dedit fidem Gregorio de dando sibi in uxorem Lauiniam eius filiam, Et ut etiã deposuit Lucretia eius contestis Georgius dixit Lauiniæ da mihi manum, & cum ea recusaret dicens quare uis, ut illam tibi dem. Georgius respondit quia uxor mea es. Lauinia replicauit nolo dare manum,quia non sum uxor uestra; mater uerò subiunxit da ei manum, quia te, ei in uxorem tradidi. Et ita fuit data manus,ipsaque deosculata, & tacta eius manu, facta fuit eius uxor:quod in matrimonio contrahendo nihil differt, ut aliquid fiat uerbo. uel facto secundum quod not. glo. in.d.
5 c.unico.in uerbo.uel facto.de † desponsa.impube.in.6. Et sic tam ex parte Georgij. quàm ex parte Lauiniæ interuenere uerba. & factum ex quibus resultare posset matrimonium: Nam ex uiri parte ultra fidem datam interse, & matrem Lauiniæ interuenerunt illa uerba dicta per Georgium Lauiniæ, tu es uxor mea, quæ sunt æquipollentia uerbis matrimonium inducentibus; & tanquam uxorem osculatus est Lauiniam, & ei manum tetigit, Et ex parte mulieris consensus interuenit per manus
6 porrectionem. & patiendo † se osculari, secundum ea quæ uoluit Abbã.d.c.si inter uirum.num.6.post glo.in uerb. dicente.ubi habetur quòd sufficit præstare consensum aliquo signo, uel nutu, plures enim mulieres propter uerecundiam potius abnuunt, quàm loquantur prout etiam uoluit Lap. in allega.
7 57.num.10.Et licèt inualentibus loqui sint † necessaria uerba ad contrahendum matrimonium, ut pręmisi:hoc tamen intelligunt Docto. esse uerum, quando non præcessisset tractatus de matrimonio contrahendo. Sed ubi præcessit tunc sufficit quòd

quòd sequatur aliquod signum, aut factum denotans, & exprimens consensum prout hic, ut dicit Bocri.in consi.35.ubi plura congerit, & in consi.40.nu.26. & 35. ubi subdit quòd plus pacto quàm uerbis uoluutas datur intelligi: Vnde etiam refert Maria.Soci.Iuni.in consi.29. circa præsentem. num.5. uol. 1. quòd, qui mittit nuntium, & qui recipi, uel qui scribit dicu ntur inuicem loqui mediantibus nuntio, uel litteris. Et sic mittere literas, & nuntium, & præsentialiter loqui æquiparantur. c.ubi periculum.§.nulli.de elec.in.6. Capiendo modo secundum dubium uidetur dicendum ex testium depositione nõ pro
8 bari matrimonium contractum: quia † licèt probari posit per duas mulieres secundum Soci.in citato consi.num. 8. asserentem esse * communem opini. immò, & per matrem cum una alia muliere, ut dicit tex.in.c.super eod.el.2.de testi.& ibi.glo. in uerb.cum mater. Et quod est fortius per matrem, & per patrem, ut uult glo.in.c.1. in uerbo seruetur, ut lit. non contes. & Soci.Iu.in.d.consi.29.num.11.uult matrem. & sorores licèt simul habitent admitti, dummodo sit æqualitas inter filiam, & maritum, uel modica excedentia, ut etiam dicit Grama. in consi.26.num.40.& prout etiam consuluit Paris.in consi. 58. num.4.uol.4.& ibi per Soci. in citato loco num. 15. ubi & nu. 16.habetur, quòd mulier nuncia, siue proxeneta potest examinari, & facit fidem pro uno teste. Et similiter per fratres, & alios coniunctos, ut dicit tex.in.c.uidetur.35.q 6.licèt uideatur sentire contrarium quando simul habitant Maria. Soci. Seni. in consi.17.supradicta causæ uol.1. Nihilominus uidetur dicendum, quòd Catherina mater nihil deponat de consensu Lauiniæ eius filiæ, immò deponere uidetur de eius dissensu, quia dicit quòd quando Georgius dixit Lauiniæ tu es uxor mea, mater tua te mihi dedit in uxorem, & eam traxit ad se in lectum. Et tunc ipsa Lauinia dixit ego non ita ntelligo. Ecce ergo quod ex dictis uerbis colligitur dissensus potius quàm consensus: & Lucretia remanet singularis in eius dicto, quoad consensum præstitum per Lauiniam, & uidetur etiam uariare cum Catherina matre quare credendum non erit testi contradicenti alteri secundum Grama. in. d. consilio 26. numero 21. Nec obstat desfositio ipsius Lauiniæ, dum deposuit, quòd Georgius dixerit ei, tange mihi manum & dum ipsa recusaret, mater ei dixit tange, & tacta manu Georgius dixit mea uxor es, & ipsa

ipſa dixit in quem modum, & reſpondit tua mater te mihi dedit, & matre dicente eſſe uerum ipſa dixit matri, & Georgio ſum contenta intelligendo pro marito: quia in hoc contrariatur dicto eius matris ut uideri poteſt, ac etiam ad inuicem con-
9 trariantur de die, & ideo licet eſſent etiam teſtes omni exceptione maiores ſi eſſent ſingulares non probarent. per ea quæ uoluit Lanfran. de oria. in. c. quoniam contra falſam. in uerb. teſtium num. 29. de probatio. Neque obſtat dictum Ioannę, & Mariæ deponentium de confeſsione dicti Georgij facta in
10 abſentia † Lauiniæ. Videlicet quòd eam duxerat in uxorem, quia iſta confeſsio facta parte abſente nihil operatur, cum ſit extra iudicialis, & non probetur per conteſtes ut uoluit Pariſi. in conſil. 61. nume. 14. Et maximè in cauſa matrimoniali per Alex. in conſi. 152. uiſo proceſſu. colum. fin. & conſi. 154. uiſo themate. colum. pen. uolum. 5. & licet Socin Iuni in conſi. 32. num. 17. uolum. 2. dicat iſtam confeſsionem facere indicium ueritatis, & ſufficienter probare etiam quòd per unum teſtem ſit facta dummodo ſit perſona honeſtiſsima, & nobiliſsima, uel ſaltem iudicis arbitrio relinquitur, ſeu ſaltem ſemiplenam probationem facit ut ibi per eum: iſta tamen intelligenda ſunt quòd faceret ſemiplenam probationem ſi probaretur ad minus per duos teſtes, qui in indiuiduo deponerent de ea confeſsione: ſecus: ſi unus teſtis deponeret de una confeſsione facta uno die, & alter de alia prout deſpoſuiſſe uidentur iſte mulieres: quia etiam ſi eſſent mille teſtes non probarent etiam ſemiplene ex quo ſunt ſingulares, & non iunguntur ſecundum Maran. in ſuo aureo ſpecu. in. c. quintus actus. nu. 13. & 14. & per Alex. in conſil. 36. colum. 2. & in conſil. 39. uolum. 5. Erit
11 quoque aduertendum quòd in † cauſa matrimonij teſtes debent eſſe omni exceptione maiores ſecundum glo. in. c. 1. de conſan. & affini. quam ſequitur Pariſi. in d. conſil. 58. num. 20. uolum. 4. & Aymo. Craue. in conſil. 149. nume. 2. uolum. 1. & cum ignorem teſtium qualitatem me ſubijcio eorum cenſuræ,
12 qui illos examinarunt. Neque etiam † obſtat, quòd Georgius depoſuerit rem habuiſſe cum dicta: Lauinia: quia ſolus conſenſus, & non concubitus matrimonium facit. c. ſufficiat. 27. q. 2. & c. fin. de ſpon. duo. & ibi glo. fin. & l. nuptias. ff. de regu. iur. Et ideo cum conſenſus non fuerit probatus, minime poſſet dici matrimonium fuiſſe contractum: ſed præſumitur fornicatio

tio secundum Canones, ut not. glo. in. c. illud. in uerb. uxorem, & ibi Abb. in fi. de præsumptio. & tanto magis in hoc casu ista præsumptio fornicationis fieri debet, quia inter istos matrimonium esse non poterat. Immò, quòd dictum matrimo-
13 nium non fuerit † inter eos sequtum uidetur colligi ex depositione lupi, qui licèt sit singularis facit tamen semiplenam probationem, immò facit plenam ubi tractatur de impediendo matrimonio, ut est glo. in. d. c. super eod. el. 2. & ibi Abb. num. 7. ubi deposuit quid dicta, Lauinia conquerebatur secum quia Georgius nolebat eam ducere in uxorem, & eam subarrare, & si ipse haberet aliquem respectum, quamobrem nollet dicta facere, uellet intelligere causam, & id facere coram ipso teste, & fratre; quia esset satisfacta; & dum ipse testis talia referret Georgio ipse nolebat secum loqui. item ipse testis dixit quòd Lauinia, & mater sibi dicebant quòd rogarent Georgium, ut duceret in uxorem Lauiniam, & si ipse haberet impedimētum, quòd id fieret secretè in presentia testis, & lupi absque eo quòd irent ad ecclesiam, & facta relatione Georgio, dixit se nolle talia facere: ex quibus colligitur, quòd matrimonium non erat
14 inter ipsos contractum. Et una præsumptio tollit † aliam, l. dinus ff. de resti. in integ. & c. literas, & ibi Abb. in. 4. not. de præsumptio. & c. accedens, de fals. & de quibus per Aymo. Craue. in consi. 149 num. 17. & consi. 250. num. 2. uol. 2. & tanto
15 magis, quia hic non † tractatur de matrimonio conseruando, cum præsbiter non posit matrimonium contrahere. d. ca. 1. &
16 c. placuit. 32. Dis. sed tractatur de pœna † euitanda. Vnde iudices debent esse proniores ad liberandum quàm ad condemnandum. l. Arianus. ff. de actio. & obliga. Quo uerò ad ultimum dubium erit aduertēdum, quòd in corrigendis clericorum excessibus Iudices ecclesiastici considerare debent, quid sacrorum
17 canonum censura disponat: pœnasque † iuxta illorum decreta irrogare. Vnde si probatum fuisset, quòd dictus præsbiter Georgius matrimonium contraxisset ueniret deponendus ab ordine, ut dicit tex. in. c. præsbiter. 28. Dist. & idem affirmat Abb. in. c. at si clerici. in prin. num. 35. uersi. idem si cum soluta, de iud. deducit. c. fraternitatis. 34. Dis. &. c. siquis amodo. 81. Dis. &. c. 2. qui cle. uel uo. ac in excommunicationis sententiam ipso facto incurrisset cle. prima de consangui. & affini. effectus quoque fuisset irregularis, ut neq; in susceptis ordinibus ministrare

ministrare posset, nec ad maiores suscipiendos admitteretur secundum Abb.in.c.1.in 2.nota.qui cleri.uel.uo Et redderetur suspectus de hæresi,& inquisitores contra eum procedere possent secundũ Io.Bernar. Diam.in sua prati.crimi.cano.in.c. 74. sed cum ex prædictis non probentur uerba apta ad matrimonium, ideo non erit puniendus ista pœna. Nec abiurare debet: cum abiuratio fieri debeat ab his qui incidunt in hęresim,
18 ut † colligitur.in.c.ego berengarius. de conse. Dist.2.& in.c. quotiens.cl.1.1.q.7.ubi habetur forma abiurationis, quam faciunt hæretici, sed bene puniri debet pœna, quæ præsbiteris
19 fornicarijs imponitur, † ut not.Abb.in.c.cum non liceat.de præscrip.quæ est depositionis ab ordine.c.præsbiter.28. Dist.

SVMMARIVM.

1 *Io.22.constituit annatas solui.*
2 *Simoniacum aliquid est quia prohibitum, & aliquid prohibitum quia simoniacum.*
3 *Simonia in beneficialibus ex ecclesiæ ordinatione committitur.*
4 *Papæ autboritas excusat à simoniæ labe in beneficialibus.*
5 *Papa in his quæ sunt de iure positiuo non ligatur, & non inuoluitur in crimine simoniæ à iure positiuo introductæ.*
6 *Papa pro simonia ex ueteri, & nouo testamento damnata hæresim incurrit.*
7 *Subrogatum sapit eius naturam in cuius locum sub rogatur.*
8 *Ordinum administratio non traditur, vel clauium executio per beneficij curati collationem.*
9 *Beneficij titulum adeptus soluendo aliquid, non videtur committere simoniam, secus si per ordinis, vel officij executionem aliquid daretur.*
10 *Simonia est rei spiritualis, vel spiritualibus annexe cum re temporali facta commutatio.*
11 *Beneficia nõ solum curata, sed simplicia, capellæ, præbendæ, & canonicatus, & omnia alia etiam officia ecclesiastica dicuntur spiritualia.*
12 *Beneficia ecclesiastica non competunt nisi officium clericale habenti: & ecclesiastica dicuntur quia habent aliquid spiritualitatis.*
13 *Distinctio Abbatis in.c.1.de simo.videtur esse tutior.*

14 *Clauium*

14 *Clauium potestas in habitu datur, cū aliquis ordinatur: & in beneficij collatione potestatis executio.*
15 *Simonia non committitur si quid datur in non habentibus ordinis administrationem, vel clauium executionem.*
16 *Beneficia omnia ecclesiastica habent ordinis, vel potestatis, aut clauium executionem.*
17 *Simonia committitur si quid datur pro administratione Hospitalium.*
18 *Simonia committitur in emptiones vel venditione ecclesiæ.*
19 *Ecclesiæ res sunt Papæ vt spiritualis dispensatoris, non autem vt domini, & possessoris.*
20 *Ordinis executionem vendens, ordinem vendere videtur, & donum Dei.*
21 *Ordinis executio est ipsius ordinis perfectio.*
22 *Simonia etiam committitur dando aliquid temporale pro consequendo aliquid præambulum ad beneficium.*
23 *Prohibito aliquo censetur prohibitum omne per quòd ad illud deuenitur.*
24 *Cauenda sunt illa quæ sine manifesta decoloratione recipi non possunt.*
25 *Intellectus qui pro actu sit peior, & pro nima securior capitur.*
26 *Simonia est vera hæresis.*
27 *Simonia in Papa multo fortius dicitur heresis.*
28 *Peccatum tanto grauius in aliquo, quanto maiorem obtinet locum.*
29 *Papa in beneficialibus secundum Beat. Thom. incurrit in simoniam.*
30 *Simoniam comittens non videtur puram fidei catholicæ conscientiam habere.*
31 *Beneficium ecclesiasticum non reperitur quin saltem spiritualibus annexum sit.*
32 *Prima tonsura est ordo, & sacramentale signum.*
33 *Beneficia Ecclesiarum propter diuina officia constituta sunt.*
34 *Coniectura in dubio capienda erit quòd vitio careat.*
35 *Simonia in quibus casibus à conferente beneficium committatur.*
36 *Papa pro vrgentissimis Ecclesiæ necessitatibus potest statuere vt de beneficiorum fructibus aliquid subtrahatur.*
37 *Dispensatio iusta causa existente fieri debet, aliàs diceretur dissipatio.*

F 38 *Episco-*

38 *Episcopus potest antequam conferat beneficium mandare vt de fructibus aliquid subtrahatur in pios vsus conuertendum.*
39 *Papa est supra ius positiuum, & ideo in his quæ sunt de iure positiuo poterit conditionem ponere.*
40 *Canonica præcepta aliquando mutilantur pro ecclesię necessitate.*
41 *Officiales sine vitio Simoniæ poterunt exigere illud quod propter vrgentissimam necessitatem mandatū est solui, qua cessante, exactio quoque cessare deberet.*

QVAESTIO. X.



QVÆRITVR utrum officiales cancellarię, & cameræ apostolicæ absque simoniæ labe in bullarum expeditione super beneficijs possint aliquid exigere quando quis dispensatur supernatalium defectu, uel irregularitate, aut ætate, uel beneficiorum pluralitate, & similibus. Vnde Dominus cor meum, & sensus meos illuminet, ut in uiam ueritatis, & iustitiæ conuertere me possim antequam exprimam quid sentiā. Et aduertatur quòd licet gl.in pragma.
1 sanctio.in tr. de annatis in uerb.annatarum describat.†Io.22. constituisse annatas.i.quòd soluerentur beneficioru m emolumenta, quæ per annum percipiebantur in aliquibus ecclesijs cathedralibus ad triennium, cum rarò, uel nunquam perantea exigerentur. Et quòd ab eo.exactum fuit duntaxat ab aliquibus ecclesijs, & temporaliter, ac per necessitate: Postmodum à Bonifacio.IX.in perpetuum,& ad omnes ecclesias extensum fuit contra totius iuris diuini,& humani dispositionem ut per d.glo.dicitur haberi in tot.tit.1.q.1.& q.3.tamen nec ibi, nec alibi reperio istam arduam controuersiam à Doctoribus nostris in specie declaratam, quare breuiter quid sentio, dicam me semper remittendo decisioni S.D.N.& S.Ma.Ecclesiæ, à quibus nullatenus recedere intendo. Et in primis præmittendum erit secundum gl.in c.ex parte.el.1.de off.delega. in uer. dimittere, quòd aut aliquid est prohibitum, quia simoniacum, aut est simoniacum quia prohibitum: prohibita uero quia simoniaca sunt illa, quæ in ueteri, uel nouo testamento sui natura simoniaca erant ut uendere sacramenta, & huiusmodi spiritualia.c.qui studet.1.q.1. Et simoniaca quia prohibita sunt

illa, quæ per ecclesię constitutionem facta sunt simoniaca, ut pastum, uel aliud dare post receptionem in canonicum; ut ibi dicitur, & similis distinctio habetur in glo. in c. cum pridem. in uerb. illicite. de pec. & in glo. in c. & si Christus in uerb. mala sunt. de iur. iura. Et hanc distinctionem glo. sequitur Rosel. de potesta. Papæ in uersi. hæc tria principaliter in prin. Tho. 5. pa. 117. Istis sic præmissis in officialium fauorem uidetur deduci posse quòd papę authoritas eos excuset à simoniæ labe: quia
3 in beneficialibus † simonia non committitur ex diuina constitutione, sed ex ecclesiæ ordinatione: cum beneficia non fuerint per Deum ordinata, nec essentialiter in se sunt spiritualia, sed ex ecclesiæ constitutione secundum Caccialup. in trac pen
4 sio. in q. 19. in pagi. 49. in prin. per glo. in c. si quis † obiecerit. 1. q. 3. & sic in talibus à simoniæ uitio, Papæ authoritas excusat, ac dispensare potest secundum glo. communiter approbatam in d. c. cum pridem. Et eo magis cum in beneficialibus liberam habeat administrationē, ut dicit Marsi. in singu. 25. per clem. 1. ad fin. ut lit. pen. Et similiter uoluit Deci. in c. qui in eccle-
5 siarum. num. 11. de constitu. per. c. 2. de † præben. in 6. & per d. clem. prima. ad fin. Et pro ista parte facit, quia Papa in his quę sunt de iure positiuo nō ligatur secundum Car. in c. primo de simo. per. cap. proposuit. de concess. præben. & non inuoluitur in crimine simoniæ à iure positiuo inductæ prout etiam
* communem * opi. esse attestantur Feli. in d. c. ex parte, num. 1. uersi. dicunt hic moderni. Et licet beat. Thom. in secunda secundæ q. c. arti. 1. in fi. uoluerit ita Papam inuolui in simoniæ crimen, sicut quilibet homo: tamen eius dictum ut refert Caccialup. in citato loco in pag. 43. Io. de turre crema. declarat intelligi debere, quòd Papa inuoluatur crimine simoniæ circa ea in quibus ex lege diuina simonia committitur ut in sacramentorum, & similium spiritualium uenditione. Et non in his, quæ ex lege tantum ecclesiastica, quibus Papa non subijcitur: & deducit relata per fratrem Nicolaum de Auximo in suplemento Summę Pisanę in uerb. simonia. in fi. & Archi. in. c. 1. 12. Dist. ubi tenent beat. Thom. intelligi debere in his quæ simoniaca sunt q̃a ꝓhibita ex cōstitutione ecclesiastica, ut sunt beneficialia: in quibus ideo committitur simonia, quia sunt prohibita de iure positiuo. Et in istis non loquitur beat. Tho. Et opi. Archi. sequitur Pau. in cle. 1. de sum. trini. & domini in d. c. 1. de

simo.& in.ca.si Papa.40.Dis.ubi uult Papam deponi non posse pro simonia ex ecclesiæ constitutione inducta, quamuis lato sumpto uocabulo hęresis dicatur, sed bene posse deponi pro simonia ex ueteri, & nouo testamento inducta, & quæ propriè est hęresis per glo.in.d.c si Papa in uerbo.à fide deuius.ubi habetur ꝙ Papa Simoniæ uitio inuoluitur, licèt de ea nō accuset. Et quamuis glo.non distinguat, nihilominus eam intelligere debemus, ut loquatur de simonia ex ecclesiæ constitutione in-
6 ducta quia † pro simonia in ueteri, & nouo testamento damnata Papa in hære sim incurreret. ca.præsbiter. 1.q. 1. & de ea accusari posset, licèt non posset damnari nisi de hæresi fidei articulos concernente per glo.in.c.si quis pecuniam.79.Dist.& cum isti officiales in summi Pontificis locum subrogati sint, &
7 subrogatum sapiat naturam eius in cuius † locum subrogatur. c.ecclesia.el primo ut lit.pen.Ergo aliquid absque simoniæ uitio pro dispensationibus poterunt exigere. Et ad hoc facit,
8 quia per beneficij † collationem non traditur ordinis administratio, uel clauium executio, patet quia beneficium curatum conferri posset clerico in sacris ordinibus non existenti, dummodo infra annum ad præsbiteratus ordinem se promoueri faciat secundum. c. licèt canon.de elec. Et tamen clericus ordinis administrationem, uel clauium executionem exercere non poterit, nisi postquam ad sacros ordines, & sacerdotium promotus fuit, prout notorium est. Ecce ergo quòd per beneficij titulum non traditur ordinis administratio, uel clauium executio, prout etiam Caccialup.in allegata pagi.43. dicit quòd nec in omni collatione beneficij confertur ordinis executio, ut patet in illo, cui fit beneficij collatio qui iam exequebatur ordinem, uel qui aliàs erat beneficiatus ad patrimonij titulum: subdit etiam quòd si quid datur pro beneficij titulo non erit Simo-
9 nia.c.constitutus.de † religio.domi.secus si pro ordinis, uel officij executione aliquid daretur, quia tunc esset simonia. c. ex multis.1.q.3.& adde glo.in.d.c.constitutus.in uerb.recompen
10 sationem. Et præmissis non obstantibus † uidetur contrarium sustineri posse quia simonia est rei spiritualis uel spiritualibus annexe cū aliquo tēporali facta cōmutatio, ut dicit tex.in summa.1.q.3.& not.Abb.in.c.nemo.nu. 6. de simo. & aliquid per glo.in.d.c.constitutus.in uerb. recompensationem de religio.
11 domi.sed secundum Io.de Silua † in trac.benefi.in prima par.

q.7.num.24.25.26.&.32.beneficia non solum curata, sed simplicia, præbendæ Canonicatum annexum habentes capellæ, Archidiaconatus, Præposituræ, & Episcopatus saltem officij ratione spiritualia dicuntur. Et etiam officia ecclesiastica, ubi est aliquid iurisdictionis spiritualis, ut Yconomatus, Vicedominus, & similia spiritualia dicuntur, ut habetur in tex.& glo. in.c.saluator.1.q.3.& secũdum beat.Thom.in.2.2.arti.4.uersi.respondeo.beneficia sicut nullo modo possunt, esse sine spiritualibus, sic & nullo modo uendi possunt quia eis uenditis intelliguntur, & spiritualia uenditioni subijci, & ibi etiam subdit, quòd beneficia ecclesiastica non competunt, nisi officium
12 clericale habenti: & ut beneficium dicatur † ecclesiasticum, debet habere aliquid spiritualitatis annexum, uel cui annectitur debet esse spirituale. Vnde propter diuinum officium dicitur ecclasiasticum.c.fi.de rescrip.in.6.&.c.si quis sacerdotum. 81. Dis. uel dicitur ecclesiasticum quando est perpetuum quo ad eum cui confertur c.sanctorum.70.Dis.& not.in.c.ueniens.de filijs.præsbite.ergo dare aliquid pro dispensationibus, quæ fierent super prædictis erit simoniacum. Et tanto magis in istam
13 partem inclino † quia opi.Abba.in.c. extirpende. §. qui uerò. num.53.de preben.& in.d.c.1.de simo.uidetur esse tutior, ubi ita distinguit, aut beneficium ordinis administrationem, uel clauium executionem habet, & tunc Papa simoniæ uitio inuoluitur: quia licèt titulus beneficij sit de iure positiuo, tamen or
14 dinis, seu potestatis, uel clauium executio, est de † iure diuino: Vnde in ordinatione datur clauium potestas in habitu, sed non in actu, in collatione uerò beneficij datur illius potestatis executio, ut habetur in.c.generaliter.§.ecce sufficienter. cum. c.sequen.16.q.1.& executio adeo est annexa ordini seu ordinis sacramento, ut ille qui uendidit ordinis executionem uideatur uendidisse ipsum ordinem, & donum Dei.c.si quis obijcerit, &.c.saluator.1.q.3. Et prout ordinatum erat in ueteri testamento quòd uendens ordinis executionem uendere uideretur ipsum ordinem, & gratiam Dei. Et ista in sui natura simoniaca
15 sunt.c.qui studet.1.q.1. Aut non habet ordinis † administrationem, uel clauium executionem, ut sunt hospitalia, uel aliæ temporales administrationes quia tunc si quid temporale da-
16 retur non † diceretur simonia. Et cum ex relatis per Abba.ibi colligi uideatur quòd omnia beneficia ecclesiastica habeant

aut ordinis, uel potestatis, aut clauium executionem, quæ non prouenit sine ordine uidetur uendere ipsum ordinem per glo. fin. & sing. in. c. licèt de pen. Ergo simoniacum erit aliquid sol-
17 uere pro dispensationibus ad ea † consequenda. Et aduertas quia licèt Abb. dicat, quòd dando aliquid pro hospitalibus, uel alijs administrationibus temporalibus non dicatur simoniacũ; tamen in contrarium uidetur esse glo. in. cap. si quis omnem in uerb. orphanotrophiorum. 1. q. 7. ubi habetur esse simoniacum dare pecuniam pro administratione pauperum, & hospitalis, quæ licèt dicat uerum, tamen Papa poterit super his dispensare, cum ista non habeant ordinis administrationem, per ea
18 quæ supra deduxi. Et secundum Abba. ibi deducitur † etiam ad hoc. c. præsbiter. 1. q. 1. ubi habetur quòd emens, uel uendẽs ecclesiam dicitur emere, uel uendere spiritum sanctum sed emens, uel uendens spiritum sanctum simoniam committit. c. quisquis &. c. benedictio. 1. q. 1. Ergo Papa simoniæ uitio illaqueatur spiritum sanctum uendendo. prout etiam affirmauit beat. Tho. in. 2. 2. q. c. arti. primo in fi. ubi dicit Papam Simonię uitium incurrere posse sicut quilibet alius homo, Et quamuis
19 res ecclesiæ sint eius† ut spiritualis dispẽsatoris, nõ tamen sunt eius, ut domini, & possessoris, & Ideo si pro aliqua re spirituali pecuniam de redditibus alicuius ecclesiæ reciperet non careret simoniæ uitio: Et peccatum tanto erit grauius in aliqua persona, quanto maiorem obtinet locum. Et deducitur secun-
20 dum Abba. in citato loco, quia qui † unum uendidit sine quo alterum non prouenit, neutrum inuenditum dereliquit. Et sic executionem ordinis uendendo, quæ sine ordine non prouenit uidetur uendere ipsum ordinem, & Donum Dei, ut habetur in. d. c. si quis obiecerit, &. c. saluator. 1. q. 3. & per. d. glo. in. c. licèt. de pen. & per beat. Tho. in. 2. 2. q. c. arti. 4. uersi. sed
21 contra. Et ad hoc etiam faciunt nota per Abba. in † prælegato loco, ubi dicit ordinis executionem esse ipsius ordinis perfectionem. c. qui perfectionem. 1. q. 1. sed in beneficij collatione illius potestas, & executio datur, & hæc sunt prohibita uendi quia simoniaca. Ergo uendere ordinem, & ecclesiam, seu altare, uel eorum executionem æqualiter prohibetur, quia in utroque casu dicitur simoniaca hæresis per d. c. præsbiter. 1. q.
22 1. &. c. altare. 1. q. 3. Et posset etiam † deduci, quia sicut simonia erit dando aliquid temporale pro cõsequendo beneficium

per

per ea quæ ſupra deduxi: ita ſimonia erit dando aliquid tempo
rale pro conſequendo illud, quod eſt præambulum ad benefi-
cium per nota. Io. Andre. in. c. 2. in pen. nota. de ſimo. ſed ſine
diſpenſatione qui ſimiles patitur defectus beneficium obtine-
re non poterit. Ergo quicquid datur dicitur ſimoniacum.
23 Vlterius deducitur ad hoc quia † cum aliquid prohibetur, cen-
ſetur etiam prohibitum omne, per quod ad illud deuenitur. l.
oratio. ff. de ſponſa. ſicut, è contrario qui uult unum uidetur
uelle omne id ſine quo ad illud non perueniretur. c. præterea.
de offi. de lega. & l. 2. ff. de iur. omni. iudi. cum ergo ſit prohibi
tum pro beneficio aliquid dare quia dicitur ſimoniacum, erit
etiam prohibitum aliquid dare pro diſpenſatione ex eo quia
per eam ad beneficium deuenitur. Vltimo pro iſta parte de-
24 duci poſſunt † ea quæ habentur in. c. ecce illa. in prin. 1. q. 7.
ubi dicitur quòd illa magnopere præcauenda ſunt, quæ ſine
manifeſta decoloratione recipi non poſſunt. Sed officiales qui
in ſummi pontificis locum ſubrogati ſunt, ut dixi recipientes
aliquid pro diſpenſationibus, uidentur id facere non poſſe, ſi-
ne decoloratione ſtatus S. R. E. Ergo ab illis abſtinere debent;
25 cum, etiam in dubio † capiatur intellectus qui pro actu ſit pe-
ior, & pro anima ſecurior. c. iuuenis. de ſponſa. Non obſtant
modo in contrarium adducta: & primo quòd Papæ authoritas
excuſet à, ſimoniæ labe, cum in beneficialibus ſimonia non cō
mittitur, ex diuina conſtitutione ſed eccleſiæ ordinatione,
quia reſponderi poteſt ſecundum Barb. in. d. c. ex parte. num.
26 28. & 29. quòd ſimonia eſt † uera hæreſis per. d. c. præsbiter. 1.
q. 1. in uerb. nullus fidelium ignorat ſimoniam eſſe hæreſim, &
uult facere etiam ad hoc. d. c. benedictio. c. quiſquis. c. qui ſtu-
27 det, & c. cum liqueant. 1. q. 1. Et ut ipſe refert † multo fortius
in Papa ſimonia dicitur hæreſis: quia omnes uidentes Papam
uendere beneficia, dicerent hoc licere, quia Papa non faceret,
ſi non eſſet licita ſimonia: Et propter hoc induceret populum
chriſtianum in errorem, & ſic in hæreſim, Et ideo deteſtabi-
lior eſt in Papa, quàm in inferioribus. Nec obſtat quòd Papa
in his quæ ſunt de iure poſitiuo non ligetur ſecundum Car. in.
d. c. 1. de ſimo. & quòd non inuoluatur in crimine ſimonię à iu-
* re poſitiuo inductę prout Feli. atteſtatur eſſe* communem opi.
in. d. c. ex parte. Et quòd dicta per beat. Tho. in. 2. 2. q. c. arti. 1.
in fin. debeat intelligi quòd Papa inuoluatur crimine ſimoniæ

circa ea, in quibus ex lege diuina simonia committitur, quia re
28 sponderi potest quòd licèt Papa non † ligetur iure positiuo, tamen tanto peccatum est grauius in aliqua persona; quanto maiorem obtinet locum secundum beat. Thom. in. 2. 2. q. c. arti. 1. in fi. Et gloriosus apostolus. in. c. cum ab omni. de uit. & & honesta. cleri. iussit quem abstinere ab omni e[illegible], quod mali speciem habet. Et quanto quis est maior, & dignor, tanto magis abstinere debet. c. homo Christianus. 40. Dis. Et dicta per
29 Beat. Tho. potius erunt intelligenda † quòd uoluerit Papã incurrere in simoniæ labem, etiam in beneficialibus: quia ipse in citato loco dixit sicut beneficia nullo modo, sine spiritualibus esse possunt, sic etiam nullo modo uendi poterunt: quia eis uenditis intelliguntur etiam spiritualia uenditioni subijci. Et sic cum clarè loquatur non indigèt illa praua interpretatione salua pace tantorum uirorum. Et tanto magis, quia glo. in d. c. si. Papa. in uerbo. à fide deuius. 40. Dis. præsuponit Papam in simoniæ labem incurrere, licèt de ea accusari non possit.
30 Vnde simoniã comittens † non uidetur puram fidei catholicæ conscientiam habere. c. Petrus. 1. q. 1. Et Papa ab eo abstinere debet quod est facinus, & peccatum: d. c. constitutus. de religio. domi. Nec etiam obstat quòd per beneficij collationem non tradatur ordinis administratio, uel clauium executio: quia ultra quòd Abb. contrarium teneat in. d. §. qui uerò. nu. 53. quẽ
31 sequitur glo. in pragma. sanctio in uerb. deferat † de anna. dato etiam quòd ista non traderetur, tamen ex quo non reperitur beneficium ecclesiasticum, quin saltem spiritualibus annexum sit, ut patet ad sensum ex eo quia beneficia conferri non possunt nisi clericis secũdum beat. Tho. in. 2. 2. q. c. arti. 4. uersi. respondeo. &. c. cũ adeo. & ibi glo. & Abb. nu. 3. de rescri. & Bal. in Margari. in uerb. literæ. uersi. 11. & Paris. in consi. 152. nu. 1.
32 uol. 4. Et cum prima tonsura sit † ordo, & sacramẽtale signum
33 licet sine solennitate conferatur, ut † not. glo. in. ca. cleros. in uerb. psalmista. 21. Dis. Et cum etiam ecclesiarum beneficia propter diuina officia constituta fuerint secundum glo. in. c. fi. de offi. Vica. Vel etiam, ut dicit tex. in. c. fi. de rescrip. in 6. si officium propter quod beneficium ecclesiasticum datur omittitur, illud tamen recitari deberet, ut ibi habetur. Et clerici mancipati sunt diuino officio, & dediti contemplationi, & orationi. c. duo sunt. 12. q. 1. &. c. cum secundũ apostolũ de

præben.

præben. Ergo. uidetur posse dici beneficia esse spiritualibus annexa, & quòd esset simoniacũ pro talibus dispensationibus aliquid elargiri, cum simonia ita comittatur in annexis spiritualibus, sicut in ipsis spiritualibus. c. ex insinuatione. & c. de iure. de iur. patro. Neq; refragari uidentur ea quæ dicit Caccialup. in cltato loco q̃ si quid daretẽ pro beneficij titulo nõ esset simonia per d. c. constitutus. de religio. domi. quia ille text. propter uarios intellectus, quos habet non meretur allegari & inter alios,
34 quia † concessio Episcopi fuit gratuita, & monacho gratuito, & non ex pacto pro quadam recognitione pensionem soluerunt, & propter pensionem tam modicam non est uerisimile mouisse animum dantium, uel recipentis: & in dubio capienda erit illa coniectura, quòd uitio careat ut ibi not. glo. in uerb. recompensationem. Et omnibus suprascriptis firmis remanantibus mihi uidetur ita distingui posse, aut pactio interuenit, ante, uel post beneficij, uel præbendæ receptionem cum eo qui beneficium confert ut aliquid sibi de beneficij, uel præbende fru-
35 ctibus tradatur: Et tunc erit simonia ut † dicunt Docto. in c. 1. ut eccle. benefi. aut soluitur aliquid pro dispensatione, quæ fit super aliquo, in quo non cadit ordinis administratio, nec clauium executio sed pro re aliqua temporali, ut pro administratione alicuius hospitalis, uel pro præbenda non annexa canonicatui, & tunc in eo casu non committitur simonia secundum nota. per Abb. in d. §. quia uerò num. 53. & in d. c. 1. & in
36 c. tua nos. nu. 3. de simo. In alijs uerò † casibus simonia cõmitteretur nisi summus Pontifex pro urgentissimis ecclesię necessitatibus statuisset de beneficiorum fructibus in similibus dispensationibus faciundis aliquid subtrahi debere, quòd facere potuisset, quia iusta causa simoniam cessare faceret, per ea quæ habentur in. c. si propter de rescrip. in. 6. Et dummodo dispen-
37 satio iusta causa † subsistente fieret, quia aliter diceretur dissipatio secundum Archi. in. c. consequens. 11. Dis. & per Abb. in d. §. quia uerò. nu. 29. & ad hoc faciunt nota. etiam per glo. in. c. si propter tua. in uerb. concedimus. de rescrip. & per Abb. in d. c. 1. nu. 15. ut ecclesi. benefi. & beat. Tho. in 29. q. c. art. 4.
38 in fin. ubi † dicunt, quòd si Episcopus antequam alicui beneficium conferat, ob aliquam causam ordinasset aliquid de beneficij fructibus conferendi substrahendum, & in pios usus expendendum, non erit illicitum. Et multo magis Papa habens dispen-

dispensandi potestatis apicem, tãto plus de rebus ecclesiæ temporalibus quam quicunque alius proximus ecclesiæ prælatus dummodo potestatis dispensatiuæ limites non exeat, poterit subtrahere secundum Gaie. super beat. Tho. in. 2. 2. q. 1. arti. 1.
39 Et † Papa in his, quæ de iure positiuo sunt poterit conditionem apponere ad eius libitum: cum sit supra ius positiuũ d.c. proposuit. de cõcess. præben. & not. Abb. in. c. significasti. nu. 5.
40 de elec. quem ibi sequitur Deci. nu. 35. † Et pro ecclesię necessitate præcepta canonica aliquando mutilantur, & relaxantur, ut dicit text. in d.c. ecce illa. 1. q. 7. Vnde iudicio meo uidetur concludendum quòd si per antea summi Pontifices pro aliqua
41 urgentissima necessitate † mandassent aliquid pro similibus dispensationibus subtrahi, quòd officiales possent sine simoniæ uitio illud exigere, durante tamen urgentissima necessitate, aliàs ea cessante deberet, & cessare causa exactionis. c. cum cessante. de appel. &. c. post. de renuncia. l. j. C. de hæreti. & l. ne quidem. ff. de. iur. imuni. & per ea quæ latè. congerit Tiraquel. in. d. c. cum cessante. num. 20.

SVMMARIVM.

1 *Scribens in materia hæresis debet semper facere protestationem, quòd se in omnibus subijcere vult decisioni Sanctæ Roma. Ecclesiæ.*
2 *Excommunicationis incursus denotat canonem latè sententiæ.*
3 *Mandatum superioris simul, & semel suspensionem inducit.*
4 *Papa sententiæ exequutionem committendo suspendit.*
5 *Libros hæresis tenentes de heresi. damnari possunt.*
6 *Constitutio publicata in Romana curia ligat post duos. menses à die publicationis, & quis non potest prætendere ignorantiam nisi infra id tẽpus de curia ad populorum notitiam deuenire non potuit, vel nisi quis apud saracenos stetisset tunc temporis.*
7 *Hæreticus si postquam abiurauit vnam speciem hæresis in aliam incidit relapsus videtur, quando generaliter abiurauit.*
8 *Animæ periculum vbi tangitur tam in hæresis crimine quam in alijs criminibus propter pœnitentiam iniungendam pro hęresi. & in duriorem partem præsumendum erit.*
9 *Hæreticus propriè & strictè quis dicatur.*
10 *Hæreticus largo modo, & impropriè quis dicatur.*

11 *Hæreti-*

11 *Hæreticus largo modo dicitur credens Imperatorē non subesse Papæ, aut Papam non habere vtrunque gladium, vel potestatem in temporalibus, vel qui aufert priuilegia Romanæ Ecclesiæ.*
12 *Hæreticus ad hoc vt puniri possit vt relapsus debet constare de vno lapsu priori, vel posteriori.*
13 *Purgatio canonica ex tribus contra aliquem indicitur, ac etiam sufficit, si adsit vnum ex tribus.*
14 *Relapsus propriè quis dicatur.*
15 *Iura vbi imponunt pœnam ipso facto, vel ipso iure non habent locum nisi declaratio præcedat, in qua pronuntietur delinquentem incurrisse pœnam.*
16 *Pœnis legalibus locus, est postquam quis declaratus fuit criminis culpabilis.*
17 *Hæreticus antequam declaretur, pœna ei non imponitur, nisi expressè caueatur in iure.*
18 *Canonis sententia iudicium exequutiuum non habet, nisi sententia præcedat cum causæ cognitione.*
19 *Excommunicatus ante denuntiationem pro excommunicato non habetur, & similiter hæreticus antequam sit denuntiatus.*
20 *Contumax si ex forma statuti pro confesso habetur intelligitur non ipso iure, sed per sententiam.*
21 *Inquisitus pro confesso non habetur licet terminus esset elapsus, nisi sequatur iudicis declaratio.*
22 *Confessus homicidium fecisse ad sui necessariam defensionem non poterit puniri pœna ordinaria, licet alind non probet.*
23 *Pœna vbi à lege non imponitur pro aliquo delicto delinquens Iudicis arbitrio punitur.*
24 *Iudicis arbitrium intelligitur de arbitrio boni viri, & non potest punire aliquem ad mortem.*
25 *Interpretatio in pœnalibus in benigniorem partem fieri debet.*
26 *Sententia quæ maiori nititur pietate cęteris præponitur.*
27 *Relapsus dici non potest ille, qui tenuit libros hæreticos nisi adsint aliæ coniecturæ.*
28 *Consentire, vel delinquere quis non dicitur ex actu necessario, si actus ille possit aliquo modo excusari.*
29 *Abiuratio facta in vna specie intelligitur etiam facta in alia in generali abiuratione.*
30 *Abiurans vniuersale subiectum alicui casui per hoc non includit alios casus.*

31 *Clausula*

31 *Clausula generalis alia quam expressa comprahendit quando sunt eiusdem generis vel conditionis.*
32 *Clausula generalis specialiter præmissa sequens restringitur ad similia expresis.*
33 *Suspectus de hæresi.in penitus separatis habitus in vno, non reputatur in altero.*
34 *Genus & species quando simul nominantur per speciem genus declaratur.*
35 *Relapsus verè vel fictè dici non potest quando non costat de vno lapsu priori vel posteriori.*
36 *Abiurans si non fecit pænitentiam sibi iniunctam an posit dici relapsus.*

QVAESTIO. XI.



DVBITATVM fuit utrum frater Albertus relapsus dici posit ex eo quòd iam tribus annis elapsis tanquam de hæresi uehementer suspectus duos abiurauerit errores uidelicet. Papam non habere dominium in rebus temporalibus,sed totum id ad Imperatorem spectare. Et ecclesiam malefecisse canonizando diuum Thomam Cantuhariensem: Et abiurauit etiam omnem heresim,quæ caput ex tollit contra sanctã Romanam Ecclesiam : Ratio autem dubitandi fuit quia nunc penes eum liber Iulij Apostatę hæresibus plenus repertus fuit, & iam decem annis ab eo emptus,& post emptionem prohibitus teneri ex constitutione fe.re.Iulij Papę Tertij. in qua dicitur districtius inhibentes personis præfatis sub sententijs censuris, & pœnis contra similes libros tenentes,aut legentes tam à sacris canonibus,quàm à nobis,& sede Apostolica hactenus inflictis,& promulgatis ne de cętero facultatibus,& licentijs præfatis uti,aut earum prætextu libros pręfatos,aut quoscunque alios hactenus reprobatos tenere,aut legere præsumant, sed consignasse debeant Inquisitoribus. Et nihilominus uenerabili fratri nostro Io.Petro.Episcopo. Tusculanen.& dilectis filijs nostris Cardinalibus Inquisitoribus generalibus mandamus quatenus requisitos, & monitos nuntiationi,& mandato nostris non parentes, quos hæresim, ac alias censuras,& pœnas propter non paritionem huiusmodi incurrere

incurrere contingerit, ex nunc prout ex tunc & e contra hæreticos, ac sententijs, censuris, & pœnis irretitos. tam diu publicè nuntient, & ab alijs nuntiari faciant donec ipsi omnes, & singulos libros inquisitoribus consignauerint. Inuocataque prius spiritus sancti † gratia protestor quòd si quid minus cautè uel peritè deducam, aut quod summo Pontifici, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ aduersetur me in omnibus eorum decisionibus subijcere uelle. ut inquit Beatus Hieronymus ad Damasum Papam in. c. hæc est fides. 24. q. 1. & quia ubi contra hominis salutem agitur strictius, & cautius proceditur glo. not. in. c. ueniēs. el. 1. in uerb. illorum. de testi. & ideo sicut apertissime debent esse probationes ad condemnandum aliquem ut ibi etiam no. glo. & l. sciant cuncti. C. de probatio. & ita iura debēt esse apertissima, & clara, quia militat eadem ratio, & sic eiusdem iuris dispositio. l. illud, in prin. & ibi not. glo. ff. ad leg. ff. qui. Aduertendum igitur erit quòd si dicta constitutio facit aliquem incidere in canonem latè sententiæ absque sententia declaratoria, frater Albertus censebitur esse hereticus, & ex consequenti si non uerè saltem fictè relapsus erit, si autem declaratoria requiritur, non uidebitur hæreticus, & ex consequenti nec uerè nec fictè relapsus. Et quòd canonem latè sententiæ inciderit, pondero prædictæ constitutionis uerba, uidelicet sub incursu heresis, & pœnas prædictas propter non paritionem huiusmodi incurrere contingerit, quia ut in simili refert Fe. in c. Ro-
2 dulphus. num. 23. uersi. mox † ipso iure de rescrip. excommunicationis incursus denotat canonem latæ sententiæ per glo. in clem. 1. in uerb. incurrant de usur. quæ dicit quòd incurritur incontinenti, sine temporis interuallo. Confirmantur prædicta
3 per eundem † Feli. in citato loco. nume. 30. ubi uult superioris mandatum simul, & semel. suspensionem inducere. Vnde licet
4 aliqui ipso iure suspensi non essent, tamen Papæ sententię exequtionem comittendo suspendit per prædicta uerba: quia cum procedit imponendo pœnam sine processu, & figura Iudicij. pronuntiare uidetur prout fit in dict. constitutione dum dicit mandamus tamdiu nuntient & sic committendo exequtionem pronuntiare intelligitur.

Vlterius pondero etiam uerba cōstitutionis ubi dicit sub censuris, & pœnis contra tenentes libros à sacris canonibus pro-
5 mulgatis, sed ex forma sacrorum canonum eo ipso † quod libri

bri hæresis reperiuntur pœnes aliquem, potest ille de hæresi cõdemnari secundum Io.Andre.in.c.2.num.4.de hæreti.in.6.nisi eos combusserit, & Archi.in.c.sanè.el.2.24.q.2.quem sequutur Roma.in sing.323.eo ipso, & Marsi.in consi.52.num.34.uol.primo,& in.l.qui falsam num.115.& in.§.diligenter.num.92.& plura congerit Careri.in trac.hæreti.num.125.& est tex.in.l.quicunque in fi.C. de hæreti.ubi dicitur quòd tenentes libros hæresços perpetua deportatione damnantur,& sic, ex isto libro pœnes eum reperto uidetur hæreticus, & ex consequenti saltem fictæ relapsus. Nec ignorantiam.d. constitutionis
6 prætendere † poterit, cum sit noui iuris promulgatoria,& post duos menses,à die publicationis factæ in Romana curia dispositionem inducit, siue quo ad principalem dispositionem, siue quoad pœnam quam de nouo inducit: nisi infra id tempus ad populorum notitiam de curia deuenire non potuisset propter locorum distantiam, quia tunc admittitur ignorantiæ probatio, si est dilucidata,ut dicit Zaba.in prohem.cle.uersi.uniuersitati.nu.3.&.4. Vel nisi quis tunc temporis apud saracenos stetisset,ut not.Imol.in.c.cognoscentes.de hæreti. Et, e contra si quis infra duos menses notitiam haberet ligaretur secundum unam opinionem quam recitat Franc.super data 6.lib.nu.11.& affirmat Feli.in.ca.2.num.7.uersi.secundo limita.de consti.
7 Et contra fratrem Albertum † deducitur etiam quòd ex quo generaliter abiurauerit hæresim quòd uideatur relapsus, licèt nõ in eundem errorem, sed in alium inciderit.c.accusatus.§.cum uerò.de hæreti.in 6.& ibi Gemi. num. 4. not.quòd ille, qui in una speciæ abiurat in alia etiam speciæ abiurare uideatur, cum habeant interse connexitatem, & relapsus in una uideatur etiã
8 relapsus in abiurata. Et tanto magis in † istam partẽ inclinare debemus, quia in hæresis crimine, & regulariter in omnibus alijs animę periculum tangentibus præsumendum erit pro hæresi, & in duriorem partem propter pœnitentiã iniungendam secundum Imol.in cle.prima in fi.num. 19. de hæreti. & Fran. Ponzi.in trac.de lamyis. nu. 90. Et sic ubi tractatur de animarum periculo tutior uia elligenda erit teste.prępo.Medio.in.c.iuuenis.num.4.desponsa.Præmissis tamen non obstantibus cõtrarium de iure substineri posse arbitror uidelicet quòd frater
9 Albertus non dicatur hæreticus † propriè, & strictè, & sic nec uerè,nec fictè, relapsus sit: nam hæreticus dupliciter accipitur

strictè,

ſtrictè, & largè ſecundum glo.in.c.illud.§. qui uerò. 24.q.3. quam ſequitur Card.Zaba.in cle.prima uerſi.porro.num.5.de ſum.trini.&.fid.cath.Et ſic propriè, & ſtrictè loquendo dicitur ille,qui aliter de fidei articulis ſentit quàm Romana tenet Eccleſia.d.c.hęc eſt fides.24.q.prima,Vel qui malè ſentit de ſacramentis eccleſiæ.c.ad abolendam.in prin.de hæreti.not. Abba. poſt Hoſtē.in.c.firmiſsimè nu.3.de hæreti.allegando glo.in.d. §.quia uerò.& eos ſequitur ibi Feli.in prima glo.& Franc.in d. c.accuſatus. in prin.& ult.nota. de hæreti.in.6.& Philip. Probus.in.c.primo.nu.4.eo.tit. & lib.Vel qui habet dogmata perverſa.Vel gignit, ſeu inducit nouas falſas opiniones. Aut falſas inductas ſequitur ſecundum Oldra.in conſ.210.nu.1.& Imo. in cle.prima num.28.de uſur.per.c.inter hæreſim,&.c.hæreticus.24.q.3.idē dicit Aluarot.in. §. Gazaros in prin.de ſtatu.& cōſue.in uſibus feu.ſubdens quòd hæreticus dicatur ab electione,ex eo quia unuſquiſq; eligit diſciplinam,quam putat eſſe meliorem; Vel hæreticus appellatur tanquam diuiſus, & ſeparatus à fide catholica ꝑ tex.& glo.in. l. ſi duas.§.1.ff.de excu.tuto.& eſt nomen generale compræhendens ſub ſe omnes hæreticorum ſpecies,quorū ſunt infinite,& nominantur ex nomine ſuorū authorū,ut 24.q.3.c.quidā.in prin.& per totum,& in d. §.Gazaros.ubi de aliquibus fit mentio:Vel largo modo,& im-
10 propriè hæreticus † appellatur excommunicatus, ſimoniacus, ſchiſmaticus, hæreticorum receptator, & eos aſſocians. Vel eis alimoniam præſtans, ut ibi habetur in glo.& in d.c.accuſatus. §.ille quoque.de hæreti.in.6.& Franc.not.in.c. quicunque. in primo nota.eo.tit.& lib.& prædictis adde plura, quæ congerit Girlan.in trac.de hæreti.q.2.num.1. 2. 3. 4. &. 5. & Franc.de pla.in trac.de excommu.§.22.nu.1.&. 2. Vel etiam ſecundum Feli.in.d. c. firmiſsimè. num. 1. ſi quis crederet Imperatorem
11 non ſubeſſe Papæ,aut Papam non † habere utrunque gladium diceretur. impropriè hæreticus. Vel ſecundum Careri. in trac. de hæreti.num.30. uerſi.item contrahitur, impropriè hæreticus diceretur qui negaret Papam in temporalibus habere poteſtatem prout negaſſe uidetur frater Albertus. Vel ſecundum glo.in.d.§. quia uerò. qui uult auferre priuilegium Romanæ Eccleſiæ, diceretur impropriè hæreticus. Neque uigore.d. conſtitutionis uerè hæreticus dici poterit frater Albertus ex ſecundo errore quia pœnes cum repertus fuit liber hæreſibus plenus

cum

cum non fuerit prius monitus, & denunciatus hæreticus, ut ex ea constitutione deprædhendi uidetur. Et ideo potius erit suspectus de hæresi, & ex † consequenti uerè, uel fictè non erit relapsus, cum de priori, uel posteriori lapsu non constet, & unus saltem lapsus requiritur, ut dicit Io. Andre. in. d. c. accusatus, num. 1. & Gemi. in. d. §. ille quoque. num. 3. nec sufficeret si à principio adesset uehemens suspitio secundum Franc. ibi in primo not. & sic tanquam suspectus de hęresi, tam in primo, quàm in secundo casu iudicabitur, & nō relapsus, & ad purgationem

12

13 canonicā admittendus erit, quæ ex † tribus inducitur scilicet ex uulgata infamia, graui scandalo, & uehementi. suspictione. c. primo & c. inter solicitudines. de purga. cano. & unū ex prædictis tribus sufficit de per se ad eam inducendam, ut refert Roma. in cōsi. 351. in proposito casu. num. 2. Et prædictis adde Gundisla. in trac. de hæreti. in cap. 16. num. 11. Vel, ut dicit

14 Calderi. in consi. 2. de hęreti. relapsus propriè dicitur † qui lapsus cōuersus recidiuauit, uel post abiurationem in hæresim incidit. Vel qui per confessionem, uel plenam probationem con uictus hæresim in iudicio abiurauit, deinde in eundem incidit errorem. Vel quando uniuersaliter omnem hæresim abiurauit, & in alium deprædhenditur errorem secundum nota. in sum. Tabiena. de hęreti. num, 15. iste autem abiurauit solum illos duos errores impropriè hæreticos, & non simpliciter omnem hæresim, sed omnem quæ extollit caput contra sanctam Roma. Ecclesiam, & ideo iste non est talis ideo sicut ibi non conuenit diffinitio nec diffinitum. Confirmantur prædicta

15 quia ubi iura imponunt pœnam † ipso facto non habent locum nisi declaratio procedat, in qua pronutietur delinquentem incurisse pœnam, ut refert Abb. in consi. 3. num. 6. uersi. item, ut ipse dicit etiam uol. 2. & Gemi. in. c. cum secundum. §. confiscationis num. 3. de hęret. in. 6. & Grāma. in suis consilijs ciuilibus cōnsi. 47. num. 4. & deducit Domini. in. c. 1. §. fi. de homici. in 6. & Bal. in. c. primo de feu. sine cul. non. amit. & in authen. qui semel. C. quo modo, & quando Iud. Et similiter sententia declaratoria requiritur in pœnis ipso iure incursis. c. cum secundum. de hæreti. cum cumulatis per Feli. in. d. c. Rodulphus num. 35. uersi. sed declaratoria ubi dicit ita esse intelligenda omnia iura canonica, & ciuilia, quæ ipso iure, uel ipso facto aliquem pu-

16 niunt in bonorum confiscatione, uel † quacunque alia pœna.

Et

Et quòd sufficeret si ille talis pronunciaretur, & declararetur illius criminis culpabilis; & tunc locus esset pœnis legalibus li-
17 cèt non exprimerentur. Et † ideo antequam quis declararetur hæreticus pœna ipso iure non imponitur nisi iure expressè caueatur secundum Abb.in.c.fin.num.6.de cleri. non residen.
18 & Philip.Prob.in.c.ut officium inquisitionis.in fin.de† hæreti. in.6. Et quòd sententia canonis iudicium exequutiuum nõ habeat nisi hominis sententia præcedat cum causæ cognitione declarat Ancha.in consi.190.plura, quem sequitur Marsi. in consi.10.num.23.& Philip.Prob.in.c.cum speciali.num.11. de hę
19 reti.in.6. Vnde sequitur quòd sicut† excommunicatus ante denunciationem pro excommunicato non habetur secundum Deci.in consi.522.num.130.ita,& pari ratione quis pro hæretico haberi non debet, antequam pro tali sit denunciatus.
20 Sicuti quando ex forma statuti contumax.pro † confesso habetur: intelligitur non ipso iure, sed per sententiam iudicis decla
21 ratoriam: Vnde licèt terminus esset elapsus tamen † inquisitus pro confesso non haberetur, nisi sequuta iudicis declaratione. per Bal.in.l.transigere.ante fin.C. de transac. & super statuto. in uerb.bannitus.col.12.uersi.statutum dicit. & Paul.Castren. in consi.33.super primo quæsito.col.2.uol. refert, & sequitur Marsi.in.d.consi.10.num.18.&.19.uol. primo. cum pluribus congestis per Ange.in trac.Male.in uerb. quidam iudex. uersi. quæritur tamen, & ibi per Augusf. Arimi.ita,& pari ratione frater Albertus ex causa dicti libri hæreticus dici non poterit cum non fuerit denunciatus, & pronunciatus pro hæretico haberi, nec ea de causa per prius inquisitus fuit. Et ratio est quia culpa non præsumitur nisi quis conuincatur, siue sit in faciendo, siue in omittendo: cum facultas defensionis nemini deneganda sit secundum Aluarot.in.c.primo, num.2. de feu. sine culpa non amit.in usibus feu.per.l. facultas.C. de iur. fisci. &.l.3.§.si adducit.ff.de re. mili.& adde.c.pastoralis de re. iudi.l.4.ff. ad leg.Acqui.&.l.j.§.cum arietes.ff.si quadru.paufecis. dica. neq; ex præsumptionibus, sed ex probationibus quis nõ sit iudicandus.l.2.C.qui accu.non pos.&.l. fi. ff. quòd met.cau. & hoc secundum eum procedit nisi quis ipso iure esset condemnatus, quia tunc non requiritur sententia, ut ibi num. 3. tamen in hoc uidetur opi. in contrarium supra relata num.15. melior. Accedat ad hoc unum quod uidetur tollere pœnitus difficulta

G tem

tem scilicet quod frater Albertus abiurauit duos errores, quorum alter erat quòd Papa non haberet dominium temporale, & alter quòd ecclesia malè fecisset canonizãdo sanctum Thomam Cantuhariensem, ac deinde abiuraui omnem hæresim, quæ caput extollit contra sanctam Romanam ecclesiam: Et sic tenere librum hæreticum, nil aliud mali faciendo, immò confutando hæreticorum errores prout uidetur fecisse in libro scripto eius manu: non dicitur extollere caput contra sanctam Romanam Ecclesiam. ergo incidere non potest in pœnam relapsus. Immò, ut in eius examine confitetur per diem antequam captus fuisset commiserat eius fratri germano, ut deberet sibi portare dictum librum existentem in domo dicti eius fratris germani ad effectum consignandi illum inquisitori, cui non potuit illum consignare tempore abiurationis per eum factæ in Ciuitate Rauennæ cum dictus liber reperiretur esse in Ciuitate Bergomi in domo dicti eius fratris germani. prout de ista sua confessione ex depositione eiusdem fratris sui germani statim post dictam confessionem per inquisitorem ex officio examinati constat. Vnde sequitur † quòd ubi quis confessus fuit homicidium ad sui necessariam defensionem commisisse, non poterit pœna puniri ordinaria, licèt aliud non probet, ut dicit Abb. in c. auditis. de præscrip. & ibi Fel. num. 30. uersi. obstat secundo. & eos sequuntur plura cummulantes Marsi. in sign. 185. & in. §. secunda quæstio. num. 14. & Gramma. in uoto. 2. num. 3. & Deci. in l. nemo. ex his. & ibidem per Cagno. ff. de regu. iur. & Marsi. Blanchus in fin. suæ prati. crimi. in caute. 4. dicit quòd non poterit torqueri licèt non probaret illam qualitatem deducendo Thom. Ferra. in caute. 5. ita, & multo minus frater Albertus pœna ordinaria puniri poterit, aut torqueri cũ ultra eius confessionem habeat in eius fauorem dictam depositionem fratris sui germani, qui ad defensionem fratris probat, & maximè cum purgat fratrem de hæresi. tenet eius testimonium. ut not. Feli. in c. literas. num. 15. uers. quintus casus. de præsumptio. ponderando. d. tex. ibi facere ad hoc propositum. Et dato, non tamen concesso quòd frater Albertus proficte relapso haberetur, nihilominus pœna ordinaria, uidelicet ignis non ueniret puniendus: quia ubi casus non reperitur in cõtrarium, nec apparet expressa, seu specialis dispositio standum erit regulę secundum Curt. in cons. 57. col. 7. uers. & istud

Vel

23 Vel ubi. à lege pœna non imponitur, prout non reperio pœnam ignis impositam fictè relapso tunc iudicis arbitrio punitur, ut not. Abb. in. c. grauis. num. 4. de censi. & in c. licèt. nu. 7. de pœn. Mars. in cons. 105. num. 24. uol. 2. & Bar. in. l. prima. §. explicatores de effracto. quem sequitur Alex. in cons. 11. col. pen. uers. idcirco. uol. primo, & ibi in fine dicit, quòd ubi pœ-
24 na iudicis arbitrio relinquitur, si delictum † est tale pro quo non apparet de iure communi, uel consuetudine loci impositā, esse pœnam ultimi suplitij non debet Iudex arbitrari de pœna mortis, quia arbitrium intelligitur de arbitrio boni uiri, per plura quæ ibi congerit. Et quòd iudex non debeat arbitrari in pœnam mortis uoluit Mars. in cons. 24. num. 35. uol. primo. Gramma. in cons. 36. num. 21. Immò ubi per legem puniretur, affectus ac si esset consumatus. Iudex poterit ex potestate sibi concessa, à lege mitigare pœnam si uult, licèt non necessitetur, secudū Afflic. in deci. 276. nū. 8. Et ex prædictis uidentur sublata fundamenta quæ deducta fuerunt contra fratrem Albertum super ponderatione. d. constitutionis Iulij tertij quia d. cō. stitutio debet intelligi prout supra declaraui: Et hoc non obstante quòd in crimine hæresis, & regulariter in omnibus concernentibus animarum periculum, & propter pœnitentiam iniungendam in duriorem partem inclinandum sit quia, ut dicit Abb. in. c. latores num. 7. de cleri. excommu. in pœnis spiritualibus durior licèt sit, tamen est tutior: & in pœnis temporalibus est secus, & prout hic quia sumus in casu ubi agitur de pœ-
25 na ultimi † suplitij, & ideo in benigniorem partem interpraetatio fieri debet. c. in pœnis de reg. iur. in. 6. & l. in interpraetatione. ff. de pœn. & Io. Brunei. aureli. in. ca. primo. num. 77. de homici. in. 6. & in materia hæresis quòd talis debeat fieri interpretatio attestatur Andrè. de Iser. in. c. 1. §. satisfactionem nu. 16. de statu. & consue. contra liber. eccle. in usi. feu. & habetur per Feli. in. c. sicut tuis. col. 2. uers. tertiò limita. de simo. & in. d. c. Rodulphus. num. 24. uers. cadat. de rescrip. & in. d. c. auditis. num. 30. uers. obstat secundo. ubi subdit quòd honestas clericalis suadet quotiens de uita hominis tractatur; clerici opinio-
26 nem benigniorem sequantur. Et sententia † quæ maiori nittitur pietate cæteris præponitur, & est potior secundum glo. in c. si quis dederit, in uerb. humanius 24. q. prima, & obiecta in contrarium procedunt quando non tractatur de iniungenda

27 pœna corporali. Neq; obstat quòd tenentes † libros improbatę lectionis possint eo ipso de hęresi condemnari: quia ex eo solo quis relapsus dici non potest, ut affirmat Gundisla. in trac. de hæreti. q. 13. nu. 19. sed requiruntur aliæ coniecturæ ex quibus animum suum iudex informet, hodie hæc ratio non ualet. poterat enim esse, ut dixi quòd eos teneret ad confutandum hęreticorum opiniones iuxta tex. in. d. c. qui de mensa. 37. dis. & Careri. in citato loco tenere uidetur prout fecisse probatur frater Albertus qui ex dicto libro plura notatu digna excerpsit cũ quibus plures sacras conciones in diuersis locis catholicè ha-
28 buit, ut ex processu colligitur. Quare ad istud † propositum facit unum dictum notabile Gemini. in. c. accusatus. § ille quoque. num. 2. de hæreti. in. 6. uidelicet quòd quis non dicitur ex actu necessario consentire, uel delinquere si ille actus possit aliquo modo excusari, & deducit. ca. cum dilecti. de accusa. Neque obstat quod dicit Gemini. in. d. §. cum uerò. nu. 4. uers.
29 quòd ille qui abiurat in una specie uideatur † etiam in alia specie abiurare, quia ista intelliguntur in generali abiuratione simpliciter facta, ut ibi etiam ipsemet innuere uidetur, & aliter intelligendo ille tex. distrueretur: & nos sumus in casu, in quo frater Albertus abiurauit duas species hæresis largè loquendo, & postmodum abiurauit non omnem hæresim simpliciter, sed eã quæ extollit caput contra sanctam Romanam Ecclesiam, sed per detentionem libri hæretici nil aliud mali faciendo, non uidetur aliquis extollere caput. ergo &c. Vel etiam responderi
30 potest quòd abiurauit † uniuersale subiectum illis duobus casibus, & per hoc alij casus non includuntur, ut not. Car. Zaba. in cle. prima. §. ad hoc in primo nota. de præben. & ibidem in uers. secundo oppono. dicit clausulam generalem alia quàm
31 expressa compræhendere † quando sunt eiusdem generis uel conditionis: & non diuersi, uel separati. Sed iste abiurauit duos errores impropriè hæreticos, ut dixi, & si propter detentionē libri istè fuisset uerè hæreticus, sequeretur quòd istum errorem non abiurasset cum non sit eiusdem generis uel conditionis,
32 sed diuersi. Vel ut etiam dicit Feli. in. c. sedes. num. 3. de rescrip. clausula generalis specialiter præmissa sequens regulariter restringi debet ad similia expresis. Et similiter Anch. in d. §. cum uerò. in. 5. nota. hoc modo intelligit dũm dicit in pœ-
33 nitus separatis suspectus de hæresi. habitus † in uno non reputatur

tatur suspectus in altero cum etiam quando de genere, & spe-
34 cie simul fit mentio genus per speciem † declaratur, & restrin-
gitur, secundum Hiero. Cagno. in. l. in toto. nu. 2. ff. de reg. iur.
Cum igitur per istam constitutionem dici non possit fratrem
35 Albertũ uerè in hæresim incurrisse, & sic de † posteriori lapsu
non constaret, neque de priori constitisset, nisi quòd impro-
priè esset hæreticus, minimèque, dici poterit uerè, uel fictè re-
lapsum fuisse per ea quæ tradidit. Io. Andre. in d. ca. accusatus
num. 1. de hæreti. & per Gemi. in. d. §. ille quoque. num. 3. & ibi
36 per Fran. in primo nota. Nec etiam obstant quòd ipsæ † non
seruauerit confinium de non recedendo, à Ciuitate Rauennæ,
& eius dioccesi: & ex quo recessit uideatur impenitens, & incur-
risse pœnam relapsus secundum Car. Zaba. in cle. unica. col. fi.
de hæreti. & Io. Nico. Arela. in trac. de hæreti. in nota. 30. quia
respondetur quòd contrarium consuluit Calde. in consi. 2. de
hæreti. quem sequitur Deci. in consi. 137. num. 4. uol. primo, &
idem tenet Philip. Prob. in. c. præsidentes. num. primo de hære-
ti. in. 6. ubi dicit quòd si inquisitor abiuranti pœnitentiam
imposuit, & ille pœnitentiam sibi iniunctam non impleuerit,
non potest propter hoc inquisitor contra eum tanquam hære-
ticum procedere, quia licèt in hoc malè fecerit, & peccauerit,
non dicitur causa hæresis, & de tali causa inquisitor non uide-
tur habere potestatem, & deducit Calde. in. d. consi. 2. de hæ-
reti. per alias pulcras rationes. Vel etiam respondetur quòd re-
cessit, cum licentia superioris, ut constat ex literis ipsius su-
perioris.

SVMMARIVM.

1 *Testis quãdo primo deponit unum in iudicio, & postmodum aliud in eodem iudicio statur regulariter primo dicto licèt aliquando etiam stetur secundæ depositioni in fidei fauorem.*

2 *Testis si unum dicat in iudicio, & postmodum aliud regulariter statur primæ depositioni.*

3 *Testis si dicat plus fuisse scriptum quàm dictum per eum non potest ipse, nec notarius puniri de falso, quia neutri creditur.*

4 *Testi quando examinatus fuit in præsentia iudicis, non creditur si dicat plus fuisse scriptum quàm dictum, & de falso puniri poterit.*

5 *Comprobatio in strumenti fieri potest per testes, qui non fuerint rogati, vel descripti in testamento.*

6 *Testis indebitè tortus purgat indicia contra eum existentia non obstante iudicis protestatione.*

7 *Interpratatio facienda erit in illam partem quæ excludat delictum, & in rei fauorem.*

8 *Protestatio iudicis facta contra testem indebitè tortum nihil releuat quia indicia eliduntur quando ex interrogatorijs constare poterit aliter.*

9 *Falsitas quæ nemini nocet non est punibilis pœna saltem ordinaria sed crimine Stellionatus.*

QVAESTIO. XII.



REPERITVR in officio cōgregationis sanctæ inquisitionis Bergomi quædam depositio præsbiteri Io. Angeli facta coram Domino Iulio Augusto tunc Vicario Episcopali, in qua deposuisse uidetur Io. Petrum sibi dedisse nonnullos libros de hæresi suspectos, ac tenuisse quasdam opiniones hæreseas: Deinde interrogatus à successore in Vicariatu respondit quo ad libros sibi traditos uerum fuisse quod aliàs deposuit, quo uerò ad illud quòd Io. Petrus tenuerit opiniones hæreseas dixit se non recordari talia deposuisse: & super hoc pluries interrogatus modo affirmauit talia non dixisse, modo dixit non recordari talia dixisse. Quare cum igne tormentatus fuit, quia cum fune torqueri non poterat, cum esset debilitatus, à parte dextra, & in tormentis perseuerauit in secunda depositione per eum facta. Quare decretum fuit per congregationem prædictam quòd præsbiter Angelus pro nunc è carceribus relaxetur reseruata dicto Vicario authoritate ex consensu patris inquisitoris puniendi arbitrio ipsius Domini Vicarij. Et demum eadem die intimatum fuit dicto præsbitero Angelo ne de cætero se immisceat in diuinis donec, & quousque aliter per eundē Vicarium terminatum fuerit. Et subinde per me tunc Vicarium Episcopalem causa prædicta introducta fuit in præfatam congregationem, & discusso negotio omnes concorditer liberassent prę fatum præsbiterum nisi frater Paulus ordinis prædicatorum uiccinqui-

uiceinquisitor,& in causa per prius examinatus contradictum præsbiterum protestatus fuisset non esse deueniendum ad expeditionem, quia uolebat de prædicto casu dare notitiam congregationi sanctæ inquisitionis de Vrbe,& quæ cõgregatio urbis certiorata causam remisit Vicario Episcopali Bergomi, & Inquisitori mandantes eis ut eam expedirent iustitia mediante. Qui Inquisitor recusauit ad expeditionem deueniendum esse,nisi prius prefatus præsbiter Angelus confiteretur primam depositionem fuisse ueram,seu saltem uolebat illum condemnare de periurio,& ego Vicarius fui alterius opinionis uidelicet ad absolutionem deueniendum esse absque tali confessione,& condemnatione prout ex infrascriptis apparebit.Et in primis dicebam præsbiterum Io.Angelum iniustè fuisse tortum, quia aut tortus fuit ad effectum ualidandi primá eius deposi-
1 tionem,& tortura non erat necessaria,quia quando † testis primo deposuit unum in iudicio,& postmodum aliud in eodem iudicio, regulariter tamen primæ depositioni potius standum
2 est quam secundæ in qua † uidetur deierasse not.glo.in c.literas.in uerb.purgauerit,de pręsump. Abb.in c.cum in tua.nu.9. de testi.& in c.per tuas.in fi.de probatio.Io.Mona.in c.accusatus.in prin.num.7.de hæreti.in 6.& ibi Archi.num.4.uersic. obsistat.Calca.in consi.110.num.6.& Nico.Arcla.in trac.hæreti.nota.13.& Deci.consil.175. uiso processu.colum.15.in prin.uers.non obstat octauo licet dicat quòd in fidei fauorem aliquandò stetur secundæ depositioni,& aliquando primæ.per d.c.accusatus·§.licet.& in terminis istam quæstionem decidit Dida.Couarru.in lib.2.uaria.resolu.cap.13.in fi.ubi concludit quando tendit in fauorem fidei standum esse primæ depositioni prout ista tendebat. Aut tortus fuit ad hoc ut de falso conuinci,& puniri pòsit, & minimè torqueri poterat quia li-
3 cet testis † diceret dictum eius aliter fuisse scriptum: quam ipse protulerit:non posset ipse, nec notarius de falso puniri:quia neutri crederetur,ut declarat spec in tit.de instrumento.edi.§. restat.uers.Sed quid si unus.num.12.quem sequuntur ferè omnes Doctores uidelicet. Alex.in consil.65.uisis processibus. uolum.3.Io.Crot.in trac.de testi.num.405.Abb.& Feli.in.c. ad audientiam. de præscrip.Augu.Arimi.in addi.ad Ange.in trac.Male.in uerb.falsario.in prin.Ferrati.in caute.26.Grãma.
4 in deci.60.& consil.30.nume.11.tamen istud non procedit

quando notarius coram iudice scripsit testis dictum, ut in præsenti casu factum fuit, quia tunc notario creditur, ac de falso testis puniri poterit ut declarat Crot. in citato loco, & Feli. in d. c. ad ad audientiam. num. 6. & Alcia. in reg. 3. & præsumptio. 13. num. 20. & Sali. in l. si quis de curso. colum. 2. uersic. quæro cum. C. de fals. & ad hoc deduci potest quod not. Bald. in l. in exercendis in uersi. sed pone. num. 10. C. de fid. instrum. ubi in
5 simili † dicit quòd quando instrumentum requirit fomentum, idest comprobationem, uel per testes descriptos, uel saltem per alios sufficit comprobare quia ad probationis originem non adhibetur, sed ad supplementum: & facilius est coadiuuare, quam fundare l. si. ff. de eden. & ideo ista comprobatio scriptura facilius comprobabitur per dictum iudicis in cuius præsen-
6 tia testis fuit examinatus. Sed bene uerum † est, quòd ex quo indebite tortus fuit, & perseuerauit in secunda depositione, quòd ipse debet absolui, quia purgauit inditia per tormentum ignis contra eum existentia, per ea quæ uult Cepol. in consil. 32. num. 19: quem sequuntur Marsi. in sing. 262. & Grãma. in conf. 64. nu. 10. & Aymo. Crauet. in cons. 178. num. 10. uol. 1. Nec obstat quòd ipse præsbiter tortus fuerit cum protestatione infrascripta uidelicet, quòd super his de quibus sponte confessus fuit, aut legittimè coniunctus est nequaquam intendunt torquere: ne præiudicium in aliquo fiat officio Sanctæ inquisitionis etiam ad euitandam pœnam, si quam de iure meruit, quia respondetur quòd ex quo ipse præsbiter plures sponte fe-
7 cerat confessiones antequam ad ignis tormenta † deuentum fuisset: ista protestatio potius interpretanda erit in illã partem factam fuisse, quæ rei fauorem concernit, quam contra l. absentem. ff. de pœn. & in dubijs, & obscuris interpretatio fieri debet per quam quis non cadat in delictum. l. merito. ff. pro socio l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. & per Marsi. in consi. 27. nu. 13. uolu. 1. & in consi. 7. num. 11. uolum. 2. & ideo præsumendum erit tortum fuisse causa primæ depositionis. Et tanto magis in hanc partem inclino, quia ex interrogatorijs constat su-
8 per prima depositione interrogatum † fuisse. Sequitur igitur, quòd dicta protestatio nihil releuat quin inditia, & probationes elidantur per tormẽta. ut habetur per Cepol. in d. conf. 32. Et dato etiam quòd depræhensus fuisset deposuisse falsum, & quòd per tormenta ignis non eneruasset indicia contra eum existentia

existentia, tamen ex quo ista falsitas nocere non poterat sanctę inquisitionis officio, quia ut dixi, standum erat primæ depositioni in fidei fauorem factæ, ideo pœna falsi minimè puniri poterit prout pater inquisitor punire uolebat quia doctrina datur à Io. de Ana. in. c. 1. de crimi. fal. reprobâdo. gl. ibi quòd quis nunquam incidit in pœnam falsi. nisi falsitas alicui præiudicet prout refert Feli. in c. 1. nu. 5. de præsum. & succedit regu-
9 la quod falsitas quæ † nemini nocet non est punibilis ut dicit Ancha. in cons. 24. num. 6. & Marsi. in consi. 105. nume. 11. & consil. 118. num. 24. uolu. 2. & Ange. in trac. Malef. in uerb. falsario uersi. quæro quot modis num. 3. Vel si ueniret puniendus puniri deberet pœna extra ordinaria, s. crimine stellionatus ut ibi concludit Augusti. Arimi. num. 7. Quare stantibus præmissis causa remissa fuit de consensu inquisitionis, & mei tunc Vicarij Episcopalis congregationi sanctæ inquisitionis almæ Vrbis sequendo nota. per glo. in c. literas in uerb. purgando, de præsumptio. & quæ congregatio scripsit moderno Vicario Episcopali ut deberet pręfatum præsbiterum Angelum absoluere, & liberare qui per quinquennium à diuinis suspensus steterat.

SVMMARIVM.

1 *Relapsus quis dicatur.*
2 *Libros hæreticos tenens non dicitur hæreticus nisi concurrant aliæ coniecturæ.*
3 *Consentire, vel delinquere non dicitur exactu necessario si ille actus aliquo modo excusari poterit.*
4 *Legatus de latere ea omnia potest quæ Pontifex, nisi specialiter reperiantur reseruata.*
5 *Libros hæreseos tenens noxius reputatur, nisi illos tradat igni.*
6 *Impetrans per surreptionem, vel obreptionem carere debet impetratis.*
7 *Rescriptum emanatum contra Romanæ curiæ stilum dicitur falsum.*
8 *Rescripta non subscripta manu Cardinalis signatura possunt argui de falso.*
9 *Literæ ab honestate deuiantes non creduntur processisse à curia Principis.*

10 Rescriptum

10 *Rescriptum contra ius emanatum erit suspectum, & non erit servandum.*
11 *Legatus de latere nihil potest contra formam iuris communis.*
12 *Legatus de latere non dispensat in his quæ Papæ, & sedi Apostolicæ sunt reseruata, nisi ei specialiter demandentur.*
13 *Papa solus dispensat in maioribus criminibus.*
14 *Hæresis est de maioribus, & atrocioribus criminibus.*
15 *Impetratum ab hæretico dicitur per fraudem impetratum.*
16 *Hæreticus quilibet est excommunicatus.*
17 *Malus semel semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
18 *Libri hæresei reperti pœnes aliquem operantur quòd ille de hæresi condemnari possit concurrentibus alijs coniecturis.*
19 *Legatus de latere in his quæ sibi à iure tribuŭtur, vel à Papa demandantur quicquid facit præsumitur factum à sede apostolica.*

QVAESTIO. XIII.



VBITATVM fuit in congregatione sanctæ inquisitionis Bergomi, utrum rescriptum à Cardinale Carafa. legato de latere dum esset Venetijs per Vincentium de Marchesijs impetratum, qui aliàs plures hæreseos articulos abiurauerat, & uniuersaliter omnem hæresim, ei suffragari debeat super absolutione sibi fienda ob pœnam relapsus, in qua prętendebatur incidisse uigore librorum hæreseorum in eius domo post abiurationem repertorum & in quo rescripto mandabatur Vicario R.D. Episcopi Bergomensis ut eum à dicta pœna absoluere deberet. Et spiritus sancti suffragio prius implorato prima facie uidebatur dicendum quòd ista non esset relapsus ea de causa quia ut not. Calde. in
1 consi. 2. de hæreti. colum. 2. uersi. ad id. relapsus † propriè dicitur qui lapsus conuersus recidiuauit, uel post abiurationem in hæresim incidit, iste autem non est talis, & ideo sicut sibi non
2 conuenit † diffinitio ergo nec diffinitum. Et cum ex hoc solo quòd quis habeat libros hæreseos non posśit iudicari hæreticus, nisi adsint & aliæ coniecturæ: & ex consequenti non erit relapsus: quia ut inquit Gundisal, in trac. de hæreti. q. 13. nu. 19. forsan poterat esse quòd eos teneret ad confutandum hæreticorum opiniones, & non ad illas sequendas & immitandas,

das, & deducit.c. qui de mensa.§.sed contra.37.dist.& licet isti in totum non prosit dictum notabile Gemi.in c.accusatus. §.il
3 le quoque.num.2.de hæreti.in.6. ubi † declarat quem non di ci ex actu necessario consentire,uel delinquere,si ille actus ali quo modo excusari poterit per c.cum dilecti. de accusa. tamē in hoc proderit: quia aliquo modo excusari poterit si ad illum finem illos tenebat. Et dato quòd fuisset relapsus, nihilominus stante amplissima potestates quam in suis facultatibus habebat Cardinalis, uidetur sustineri posse delegationem Vicario Bergomi factam uigore illius rescripti de absoluendo pręfatum Vincentium ualidam esse, cum legatus de latere ea om
4 nia possit,quæ ipse Pontifex nisi specialiter reperiantur reseruata.cap.quoad translationem, & c.nisi de offi.lega.cum pluribus quæ congerit Ludo.Gomesi.in c.mulieres.nu.8.de indi. Contrarium tamen de iure uerum esse censeo,quia ubi quis hæ
5 reticorū libros † recepit noxius reputatur, nisi illos statim tradat igni secundum Io.Andre.in.c.2. num. 4. de hæreti.in.6.& plura congerit Careri.in trac.de hęreti.num.125. Et sic ex quo iste omnem hęresim uniuersaliter abiurauerat uidetur quòd sit relapsus.c.accusatus.§.cum uerò de hæreti.in. 6. & eo maximè quia non potest dici quòd illos teneret ad confutandum hæreticorum opiniones. Considerabam quoque ex multis dictum rescriptum fuisse surreptitium, & obreptitium cum Vincentius narauerit abiurasse articulos de hæresi. suspectos, & libros de hæresi suspectos in eius domo repertos fuisse, & tamen articuli per eum abiurati erant uerè hæresei, & similiter libri erant hæresibus pleni, neq; expressit dictos libros ante, uel post abiu
6 rationem repertos, & ideo † carere debet impetratis. ca. super literis. de rescrip. quia in rescripto, uel literis semper hæc conditio intelligitur, si præces ueritate nitantur. ca. 2. eod. titu.
7 Et rescriptum istud de falso etiam argui † poterit. quia quotiescumque rescriptum contra Romanæ curiæ. stilum est emanatum,dicitur falsum, ut inquit Feli.in.c.ex parte.el primo nu. 16.& ibi Deci.num.10.eod.tit.& Pars. de puteo in uerb. si per statutum.nu.2.fol.39.Ripa.in responso.de rescrip.ca. 2. lib.2. num.31. prout ex duobus istud esse uidetur: nam rescriptum
8 non apparet manu † Cardinalis subscriptum prout subscribi debuerat secūdū Ludo.Gomesi.in reg.Cancel.reg. 27.in compē dio utriusque signaturæ q.16.in lit. cap. & ex stilo etiam curiæ

quando

quando, à Pontifice quis absolui mandatur inscribuntur ista uerba. absoluas eum, iniuncta sibi salutari pœnitentia pro modo culpæ, & alijs quæ de iure fuerint iniungenda ut ex literis apostolicis à Romana curia emanatis perspici potest; & tamen in isto rescripto talia uerba non leguntur. Et quotiescunque rescriptum est emanatum contra Rom. curiæ stilum præsumitur subrepticium secundum Fel. in. c. ad hæc. in prin. de senten. excom. Et rescriptum exorbitans à stilo, & concursu signaturæ præsumitur falsum secundum Staphi. de signatura literarum iustitiæ in. c. ulterius pro declaratione num. 2. pag. mihi. 173: per glo. in. c. causam quæ, in uer. rationi. de testi. & per tex. in cap. ex parte de rescrip. &. cap. porrecta. de confir. utili.

9 Neque credendum erit literas † ab omni honestate deuiantes, è curia principis processisse, ut not. Abb. in. c. ad hæc simus. in primo not. de rescrip. prout istud rescriptum deuiare uidetur: in quo mandatur Vicario, ut relapsum absoluat non iniuncta sibi aliqua pœnitentia. Et dictum rescriptum uidetur etiam emanatum contra sacros canones, cum in eo mandatum sit ab solui dictum Vincentium à pęna relapsi: & tamen in. c. ad abolendam. de hæret. & in. c. super. eo. eo. in. 6. mandatur relapsus denegata ei audientia curiæ seculari tradi debere; & licèt ecclesia nunquam eis deneget sacramenta humiliter petita, quia nunquam claudit gremium pœnitentibus, tamen quo ad pœnā semel tantum parcit ut ibidem habetur. Quare Ancha. in. d. c. super eo. dicit quòd Deus facilius ignoscit, quàm ecclesia, quæ nisi semel, & Deus septuagies septies parcit. Et ideo cū rescrip-
10 tum sit contra ius erit suspectum, ut per Feli. in † rubri. nu. 4. de rescrip. c. primo in uerb. nascatur de consti. in. 6. & non ualet secundum Ripā, in responsis suis. de rescrip. c. primo num. 36. lib. 2. neque erit seruandum. l. fi. C. si contra ius uel uti. pub. & ut ait Aymo. Grauet. in conf. 103. legatus de latere nil potest
11 contra formam iuris † cōmunis: & similiter Calde. in consi. 4. 5. &. 6. de Bap. col. prima uult quod legatus de latere nihil possit contra iuris dispositionem: & ei permittitur illud, quod est de iure concessum, uel à Papa commissum. Et quamuis Cardinalis amplam habuisset authoritatem, negatur tamen habuisse facultatem, gratiandi relapsos, quia ut not. glo. in. c. excommunicamus. §. credentes. in uerbo. apostolicæ. de hæreti. absolutionem talium, siue restitutionem sibi Pontifex reseruauit, & ideo alijs

alijs hoc prohibuisse uidetur, & ut dicit gl. in d. c. quo ad trans-
12 lationem. de offi. leg. legatus † de latere in his q Papę, & sedi apostolicæ sunt reseruata, non dispensat: nisi ei specialiter de-
13 mandentur: † cum in generali demandatione ea non ueniant: & solus Papa dispensat in maioribus criminibus. Et cum cri-
14 men læsæ maiestatis diuinę sit † de maioribus, & atrocioribus ut not. Gemi. in c. quicunque. §. illorum. num. 2. de hęreti. in 6. & Paris. in cons. 2. num. 95. uolum. 4. dicit esse grauissimum, & grauius est æternam, quam tẽporalem offendere maiestatem, authen. gazaros. C. de hæreti. & sic grauius est crimine læsa maiestatis humanæ secundum Cardi. Zaba. in cle. unica. colum. fi. de usur. ideo in concessione facultatum data Cardinali, non censetur concessa facultas absoluendi relapsos: nisi specialiter dicatur, & prædictis adde glo. in uerb. Romanum Pontificem. de elect. in pragma. Sanctio. Vltimo deducitur quòd licet regulariter qui allegat fraudem uel malitiam eam probare debet, quia quilibet pręsumitur bonus donec probetur contrarium secundum glo. in d. c. super. literis. in uerb. priori modo. de re-
15 scrip. tamen impetratum ab hæretico † dicitur per fraudem impetratum. l. ij. & ibi not. glo. in uerbo. in fraudem. C. de sum. tri. & fi. catho. ubi etiam glo. in uerb. si quid. quas sequuntur
16 Bal. & Pau. Castren. ubi dicũt hæreticos nil † posse impetrare, nec impetratum tenere, & ratio est secundum Alberi. ibi quia omnis hæreticus est excommunicatus c. excommunicamus. & c. pen. de hęreti. & excommunicatus impetrans impetratis carere debet. c. 1. de rescrip. in 6. ista tamen intelligi possent si hæreticus uellet aliquid aliud impetrare quam absolutionem ab hæresi. quod non ualeret sicuti dicitur ibi de excommunicato qui poterit excommunicationis absolutionem, & nil aliud impetrare. Et prædictis adde ea quæ tradidit Ludo. Gomesi. in d. c. primo. num. 49. & 72. cum pluribus sequentibus. Nec refragatur quòd relapsus dicitur qui conuersus recidiuauit: quia immò iste poterit dici relapsus qui tenendo libros hæreticos abiurauit aliquos errores, & uniuersaliter omnem hæresim recidisse dicatur, & cessat illa ratio quòd poterat eos tenere ad confutandum errores, ex quo ipse prius inciderat in errores,
17 quos abiurauerat, quia semel † malus semper præsumitur malus in eodem genere mali. c. semel malus de reg. iur. in 6. & Ludo. Rom. in singu. 322. referẽdo. Archi. in c. sanè. el. 2. 24. q. 2. dicit

18 dicit quòd eo ipso quòd † libri hæresei reperiuntur pœnes aliquem ille de hæresi condemnari poterit per c. si fortè.ea.cau. & q.& prædicta refert, & sequitur Marsi.in consi.52.num.34. uol.primo,& in l.qui falsam.num.115.& in.§.diligenter num. 92.& ideo cessat illud quod ex eo solo quòd quis habeat libros non dicitur hæreticus, nisi adsint aliæ coniecturæ: quia respôdetur istud procedere quando aliquis non fuisset prius conuictus de hæresi,& pœnes se habetet libros hæresecos,sed iste non solum habebat libros,sed etiam per prius plures articulos hæresecos abiurauerat; & ideo adsunt aliæ coniecturæ, cum tempore abiurationis non tradiderit illos libros inquisitori. Neque obstat quòd legatus de latere possit omnia ea, quæ ipse Pontifex; nisi reperiantur specialiter reseruata; quia, ut dixit Ludo. Gomesi in supra citato loco num.9.prædicta procedunt in his
19 quæ † legato, à iure sibi tribuuntur ratione suæ iurisdictionis; Vel specialiter, à Papa sunt ei demandata:quia tali casu factum à legato censetur, à sede apostolica factum per tex. in cap.2. de præben.in.6.& non extenduntur ad alia,ut uult glo.in prag. sanctio de elec. in uerb. Romanum pontificem. secus uerò in his quæ sunt reseruata Papæ, ut maiora crimina, ut not: glo.in d.c.quo ad translationem. Et quia præfatus Vincentius per literas,& nuntios significauit præfatæ congregationi sanctæ inquisitionis quòd puro, & sincero corde uolebat ad ecclesiam redire, & personaliter comparere dummodo,à pœna ultimi supplicij absolueretur, & paratus erat congruam satisfactionem præstare, & ideo casus fuit remissus congregationi sanctæ inquisitionis Almæ Vrbis.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis crimen est maius omnibus grauissimis delictis.*
2 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*
3 *Vbi tractatur de salute hominis cautius, & strictius proceditur.*
4 *Testes in probanda hæresi quot requirantur.*
5 *Testes singulares cum fama non probant hæresim.*
6 *Testium singularitas in loco, & tempore differt in substantia.*
7 *Testium secunda depositio contraria primæ non ualet,& poterunt de falso puniri.*

8 *Testes singulares quando probant hæresim.*
9 *Socij criminis depositio licet regulariter non probet, tamen in hæresis crimine probat, cum tortura, & dummodo alias non sit infamis ex alio delicto, & non sit facta ex animi leuitate, & de falso argui non possit.*
10 *Testis si plures patitur defectus multo minus admittitur.*
11 *Testibus quando non creditur nisi cum tortura.*
12 *Testes tres boni testimonij requiruntur in hæresi plenè probanda.*
13 *Practica procedendi contra hæreticos describitur, à Car. Zaba.*
14 *Hæreticus probata hæresi per unum testem, vel grauem infamiam si negat tormentis subiici debet.*
15 *Testis vnius attestatio in criminalibus facit inditium ad torturam dummodo sit omni exceptione maior, & ritè examinatus, & cum ipso alia concurrant indicia.*
16 *Testis vnus inhabilis non facit inditium ad torturam.*
17 *Testes duo minus idonei simul iunguntur ad faciendum semiplenam probationem.*
18 *Testes duo singulares super eodem facto non coniunguntur ad faciendum indicium ad torturam.*
19 *Singularitas testium non nocet quando plura facta resultare non possunt, sed vnus essectus.*
20 *Hæreticus humaniter, & temperatè torqueri debet.*
21 *Attestationi primæ regulariter statur.*
22 *Attestationi aliquando primæ, & aliquando secundæ in fidei fauorem statur.*
23 *Hæreticus si negat, & postmodum metu tormentorum confiteatur hæresim, vel testibus conuincatur ad pœnitentiam non admittitur, sed comburitur, vel acrius punitur.*
24 *Purgatio canonica quando, & quomodo in dicenda erit accusato de hæresi.*

QVAESTIO. XIIII.



ERNARDINVS Ciuis Bergomensis uigore depositionis contra eum factę per præsbiterum Alexandrum, & Franciscum aromatarium criminis socium inquisitus fuit, quòd mortuorum suffragia, & sanctorum intercessionem negauerit. Et citatus ad personaliter comparendum in carceribus Episcopalibus Bergomi se præsentauit,

1 ſentauit. Sed quia hæreſis eſt † omnibus delictis crimen grauiſsimum etiã crimine leſæ maieſtatis humanæ ſecundum Car. Zaba. in cle. unica. §. ſanè. colum. fin. de uſur. quia grauius eſt æternam, quàm temporalem offendere maieſtatem authe. Gazaros. C. de hæreti. & eſt de atrocioribus delictis ut nota. Gemi. in. c. quicunque, num. 2. de hæreti. in. 6. & ultra pœnas hæreticis impoſitas eorum poſteritas perpetua damnatur infamia. c. 2. §. heretici. eo. tit. & lib. & c. urgentis. extra eo. & per Aluaro. in. §. Gazaros nu. 1. de ſtatu. & conſue. in uſibus feu. Ideo ut inquit Marſi. in conſi. 90. num. 35. iudex omni conatu ueritatem perquirere debet, ut poſsit cum ea iudicium ſuum conformare. Impetrato igit prius diuino numine uidetur prima facie dicendum quòd crimen hæreſis non ſit plenè probatum contra inquiſitum, & ex conſequenti ut hæreticus condemnari non poſ-
2 ſit, quia in criminalibus probationes † luce meridiana clariores requiruntur. l. ſciant cuncti. C. de probatio, & ſimiliter glo. in c. ueniens. el primo, in uerb. illorum. de teſti. not. probationes
3 apertiſsimas † eſſe debere; quia ubi contra, hominis ſalutem agitur ſtrictius. & cautius proceditur, & tanto magis in crimi-
4 ne hæreſis † ubi ſecundum Oldra. in conſi. 210. in prin. quis criminaliter condemnatur, & ciuiliter punitur, & eius poſteritas perpetua notatur infamia, & in quo uidentur cõcurrere omnia cognitionum genera; & requiruntur tres, uel plures boni teſtimonij homines, c. excommunicatus. §. adijcimus. de hæreti. & Boeri. in. q. 342. dicit adminus duos requiri conteſtes nec ſuffi
5 cere ſingulares cum fama: & faciunt † ad hoc relata per Imo. in cle. prima. §. uerum num. 19. de hæreti. in. 6. & Pariſi. in conſi. 2. num. 101. uol. 4. Sed præsbiter Alexander deponit audiuiſſe illa uerba hæreſea, de quibus in inquiſitione in terra Taliuni,
6 & Franciſcus in terra Sarnici, & ſic ſunt ſingulares in † loco, & tempore, & talis ſingularitas differt in ſubſtantia, ut ait Aymo. Grauet. in conſi. 78. num. 6. col. antepe. uol. primo. Et teſtes ſingulares in ſpecie hæreſis non probant per plura quæ congerit Pariſi. in citato loco num. 88. &. 89. & Boeri. in. d. q. 342. num. 2. par. 2. Et contra atteſtationem præsbiteri Alexandri opponitur quoque quòd ex quo coram Vicario tunc. Epiſcopali depoſuit audiuiſſe Bernardinum inquiſitum mortuorum ſuffragia negaſſe, & ſanctorum interceſsionem. Et in ſecunda depoſitione facta ad inſtantiam ipſius Bernardini coram alio

Vicario Episcopali,& inquisitore deposuit non à Bernardino, sed ab alio iam defuncto audiuisse quòd illa uerba hæresea pro
7 bata fuere, à dicto Bernardino. Et ideo cum † secunda depositio sit contraria primæ non ualet, & poterit puniri de falso, & torqueri secundum Marsi.in.l.eo qui. num.1.ad leg.corn de fal.& depositio testis periuri non ualet.c.sicut &.c. testimonium de testi.& Marsi.in.§. restat.num. 16. in sua prati. crimi. Extat altera præfati Francisci socij criminis depositio contra dictum inquisitum in qua ipse asserit audiuisse Bernardinum negantem Purgatorium, quæ uidetur in hæresis specie concordare cum depositione præsbiteri Alexandri,qui deposuit inquisitum mortuorum suffragia negasse: quia ut inquit Salice. in.l. quicunque.C.de hæreti.quem refert, & sequitur Marsi.in consi.primo, nu.40.uol. primo si contra accusatum de hæresi duo
8 testes producuntur, quorum † unus dicit audiuisse talem dicentem Christum nō uenisse in Virginem, & alter dicit eum dixisse Christum non esse filium Dei,tales enim testes hæresim probant contra eum non obstante eius singularitate quia licèt sint singulares in specie,siue in indiuiduo heresis,tamen in hæresi omnes conueniunt. Sed contra ipsius testis personam obicijtur de animi leuitate, & de periurio in alia causa aliàs
9 per ipsum † perpetrato, & ideo licèt Socij criminis depositio regulariter non probet secundum glo. in cap. ueniens, el primo in uerbo. confessio. de testi. tamen in hæresis crimine probat. cap. in fidei fauorem cap.accusatus. §. licèt, de hæreti.in.6.& per Marsi. in consi. primo num. 52. uol. primo.& in cōs.109.nu.11.uol.2.si cū tortura fit,ut dicit ibidem nu.13. & Paris.in.d.cons.2. nu. 83. & dūmodo aliàs nō sit infamis ex alio delicto secūdū Grāma. in uoto.34.nu. 9.& in cōs.44.nu. 2.& in cōs.61.nu.3.Vel nisi ex animi leuitate deposuisset, Aut de falso redargui posset ut habetur in d.§.licet, & ibidem not. glo.in uerb.aliud obsistat, & prout ex processu constat præfatum Franciscum in alia causa falsum deposuisse,sequitur igitur quòd non erit integer testis per prædicta, & per Parisi.in dict.
10 cons.2.num.85. ubi subdit quòd quando quis plures patitur defectus multo minus admittitur. Et dato quòd contra præfatos duos testes dictæ oppositiones non potuissent obijci,eis ta
11 men non † crederetur nisi cum tortura, ut per Paris.in dicto cons.2.num.83.& Gundisal.in trac.hæreti.in q.13.nu.15.&

Ideo iste Bernardinus inquisitus non poterit condemnari de
12 hæresi. quia contra ipsum non extat † per tres testes boni testimonij plenè probatum ut requiritur iuxta.d.c. excommunicamus.§.adijcimus.de hæreti.& Parif.in d.consi.2.num.101.immo uidetur quòd deberet absolui, quia ipse probauit quòd solitus est in die mortuorum, & eorum uigilia plures facere elemosinas, & plures sanctorum ecclesias uisitare per annum.
Nihilominus premissis non obstantibus deueniendo ad practi
13 cam procedendi contra † hæreticos relatam per Car.Zaba.in d.cle.unica.§.fanè.colum.fi.de usur.in.6. ut ibi distinguit aut in inquisitione perfecta plenè probatum fuit: aut semiplenè, aut nullo modo, & omissa prima distinctione, quia ad casum nostrum non facit ut ex prædictis patet: sed deueniendo ad se
14 cundum quando hæresis per † testem, uel grauem infamiam probata fuit & reus negat, quòd tunc tormentis subijci debet: prout hic,& idem uoluit in clem.1.§.uerum, num.6.de hæreti. in 6.& ibidem Imo.colum.fin.num.20.& Calca.in conf.110.
15 num.1.dicit in † criminalibus attestationem unius testis facere indicium ad torturam, idem uoluit Guido.de Suza.in trac. de indi.& tortu.num.90.uersi.sed quid.istud tamen intelligitur dummodo sit omni exceptione maior, teste Franc.Bru.in eo trac.de indi.& tortu.q.2.1.par.num.3. & dummodo sit rite examinatus,& cũ in ipso teste concurrant alia inditia,ut no. Marsi.in suo singu.342. quando testis, sed præsbiter Alexander non uidetur integer testis propter secundã depositionem contrariam primæ.per ea quæ dicit Parif.in d.consi.2.num.82.
16 Et † Franciscus minus idoneus uidetur cum in crimine hæresis unus testis inhabilis, ad torturam inditium non facit secun
17 dum † Marsi.in §.diligenter.num.6.in sua practi.Ideo fortassè dici posset quòd simul iungi deberent ad faciendam unam semiplenam probationem, prout uoluisse uidetur Calca.in d. consi.110.nu.5.uidelicet quòd duo testes non omni exceptione maiores loco unius saltem habeantur. Neque habet obsta-
18 re quod † dicit Marsi.in d.§.diligenter.num.149.quòd duo testes singulares super eodem facto non cõiunguntur ad faciendum inditium ad torturam, quia licet isti testes uideantur singulares ut dixi, tamen secundum Grauet.in d.consil.78.nu.6.
19 colum.antepe.ista singularitas non nocet quando plura facta resultare non possunt prout hic resultare nõ potest nisi unicus effectus,

effectus, qui est negatio purgatorij uel suffragiorum mortuorum, quod est idem. per Salicet. in d.l. quicunque. C. de hæreti. quem refert. Marsi. in d. consi. 1. nu. 40. uolum. 1. & Ideo Bernardinus tormentis subijciendus erit, humaniter tamen, & tem-
20 peratè ut † inquit Zaba. in d. clem. unica. §. sanè. colum. fin. de usur. & in summa Siluestri. in uersiculo inquisitio. 2. nume. 2. & tanto magis in istam partem inclino, quia regulariter primæ depositioni potius standum erit quàm secundæ, in qua deierasse uidetur testis ut not. glo. in c. literas. in uerb. purgauerit. de præsumptio. Abb. in. c. cum in tua. num. 9. de testi. & in. c. per tuas. in fi. de probatio. Io. Mona. in. d. cap. accusatus. in prin. num. 7. de hæreti. in 6. & ibidem Archi. num. 4. uersi. obsistat.
22 † Calca. in d. consi. 110. num. 6. & Nico. Arelaten. in trac. hæreti. nota. 13. ubi etiam dicit quòd in fidei fauorem aliquando statur secundæ depositioni, & aliquando primæ per. d. c. accusatus. §. licèt iuncta glo. in uerb. postmodum. & quòd in fidei fauorem primæ attestationi standum sit, prout etiam in præsenti difficultate stare debemus decidit. Dida. Couaru. in lib. 2. ua-
23 ria. resolu. cap. 13. nu. 9. in fi. Et licèt si quis † negando inditia purgauerit absoluendus uenit: & si confitebitur metu tormentorum, & postmodum de plano, uel per testes probatum fuerit uerba hæresea dixisse igne Cōburendus esset, & ad pœnitentiam non admittendus, quia non continuo, nec sponte hoc fecerat. secundum Robuf. de modo amittēdi beneficia in 3. par. num. 20. & 21. & deducit Deci. Rotæ. 874. accusatus. in antiquis ubi plura ad hoc congesta sunt: tamen Andre. de Iser. in c. 1. §. satisfactionem. num. 16. de statu. & consue. con. liber. eccle. in usi. feu. dicit quòd ubi hæreticus in obstinatione durauit quia litigauit, & in iudicio stetit. Vel quando est deprætensus in franganti crimine prædicando hæresim, uel diu litigando in iudicio credens sibi probari non posse, & tandem confitetur quia plus puniri debet; & perpetuo carceri tradendus erit. Et sic durius agitur cum conuicto, quàm cum confesso secundum glo. in. c. præsbiterum. L. Dis. Aut purgatio canonica ei indicenda erit quia, ut inquit Gundisal. in. d. trac. hæreti. cap. 15. num. 11. si accusatus de hæresi sufficienter non conuincitur, sed aliàs de hoc crimine suspectus inuenitur tunc iuxta suspitionis cōsiderationem, qualitatemque personæ de-
24 bet canonicè se purgare, Et quæ sit purgatio † uulgaris, & quæ

 canoni-

canonica,& quibus modis fiat Vide Aluarot.in.§.si miles rusticus de pace tenen.& in.§.Gazaros uersi. & de temporali maiestate de statu.& consue.in usibus feu. & remanente casu. indeciso, à Ciuitate Bergomi recessi.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria leuis dicitur etiam percusio in facie manu uacua.*
2 *Episcopus potest absoluere præsbiterum qui manu uacua alium præsbiterum percusit in facie.ibi.num. 1.*
3 *Iniuria atrox dicitur etiam quando in oculo quis percutitur.*
4 *Excommunicationis maioris absolutio pertinet ad Papam.*
5 *Clericus percutiens clericum incidit in excommunicationem maiorem.*
6 *Impedimentum legitimum quando dicatur ad hoc, ut excommunicatus excommunicatione maiori non teneatur ire Romam, & ibi etiam num.6.*
7 *Inops quis dicatur.*
8 *Inops etiam dicitur, licet operari posit.*
9 *Mendicare hostiatim pro eundo Romam pro absolutione non tenetur.*
10 *Irregularitatem in dubio incidisse quis non iudicatur.*
11 *Interdictum, siue suspensio similitudinem habent cum excommunicatione, & pari passu ambulant.*
12 *Excommunicatio est maior interdicto.*
13 *Excommunicatus celebrans absque monitione puniri poterit.*
14 *Excommunicatus ipso iure, punitur absque alia monitione.*
15 *Clericum percutiens, ipso facto in canonem latè sententiæ incidit.*
16 *Percussor clerici. celebrans ipso iure in inregularitatem incidit.*
17 *Episcopus, & non sacerdos authoritatem absoluendi habet incidentem in canonem si quis suadente diabolo.*
18 *Sacerdos parrochus secundum communem Theologorum opinionem ab excommunicatione maiori absoluere potest.*
19 *Sacerdos parrochus regulariter ab excommunicatione minori absoluere poterit.*
20 *Episcopus, vel sacerdos absoluere poterunt ab excommunicatione.*
21 *Iniuria quando est atrox incidens in canonem si quis suadente ab*

Episcopo

Episcopo absoluitur, si sedis apostolicæ conspectui se representare non possit.

22 *Excommunicatus uigore canonis si quis suadente antequam absoluatur notificari debet Romano Pontifici. si mortis periculum non timeretur.*

23 *Episcopo, & non sacerdoti facultas absoluendi tradita fuit.*

24 *Doctorum dicta intelliguntur secundum leges quas allegant.*

25 *Absolutio ab excommunicatione maiori superiori reseruatur siue occulta siue manifesta.*

26 *Sacerdos in summa necessitate excommunicatum excommunicatione maiori absoluere potest, uel de Episcopi mandato.*

27 *Sacerdotibus absoluendi authoritas concessa uidetur si legis conditor eam sibi non reseruauit.*

28 *Sacerdos parrochus excommunicatum potest absoluere ab excommunicatione maiori.*

29 *Excommunicationis absolutio causa canonis si quis suadente stante impedimento reserata est Episcopo, & non sacerdoti.*

30 *Inferior ab Episcopo non potest excommunicatum absoluere pro leui iniuria in clerici personam illata, nisi habuerit Iurisdictionem Episcopalem.*

31 *Legatus de latere licèt absoluendi potestatem habeat ab excommunicatione etiam Papæ reseruata non poterit tamen suum percussorem absoluere quando grauiter vulneratus existit.*

32 *Argumentum procedit sine de quo magis ergo, & de quo minus.*

33 *Iniuria vtrum sit leuis, uel atrox Episcopi arbitrio reseruatur, cuius etiam arbitrio remittitur quando quis possit ire Romam.*

34 *Absolutio excommunicationis in quibus casibus sit nulla.*

35 *Absolutio forma non seruata minimè valet.*

36 *Sollenitatis omissio actum vitiat.*

37 *Absolutio excommunicationis valet non seruata forma iuramenti.*

38 *Excommunicatus celebrans in dubio irregularis iudicatur.*

39 *Animarum periculo vbi tractatur contra pœnitentem iudicare debemus.*

40 *Animarum periculum euitandi causa tutior via eligitur licèt durior.*

41 *Excommunicatus celebrans non priuatur beneficijs, nisi ab homine fuerit excommunicatus.*

QVAESTIO. XV.



DVBITATVM fuit in curia Episcopali Bergomi utrum præsbiter Octauianus carceratus, qui pugno in oculo cum sanguinis liuore percussit præsbiterum Bartholomeum, & ab eo pacem obtinuit, & absolutionem, & subinde quotidie missam celebrauit, sit tutus in foro conscientiæ; uel adhuc sit excommunicatus, & celebrando irregularitatem incurrerit. Omnipotentis Dei, ac gloriosæ uirginis Mariæ eius genitricis nominibus inuocatis circa quid sentiam. Prima facie dicendum uidebatur ritè fuisse absolutum, quia licèt iniuria leuis dicatur percussio in facie ma
1 nu uacua, unde † Episcopus poterit absoluere præsbiterum excommunicatum, qui dedit maxillatam uni Canonico secundũ
2 Lap. alleg. 76. factum super quo. tamen † percussio in oculo atrox dicitur iniuria. l. uulneris. ff. de iniur. §. atrox. Insti. eo. titu. & ibidem Areti. quare cum iniuria illata in præsbiterum Bar-
3 tholomeum non fuerit leuis, sed grauis, absolutio † excommunicationis maioris ad summum Pontificem tantum spectat, nõ autem ad Episcopũ. c. si quis suadentes diabolo. 17. q. 4. & per
4 Abba. in. c. peruenit. el primo † in primo nota. de appella. ubi not. quòd ex clerici percussione sine uulneratione in excommunicationem quis incidit à qua nisi, à Papa absoluitur.
5 Quæ tamen non procedunt ubi adesset † legitimum impedimentum quod dicitur esse quãdo quis commodè ad summum Pontificem ire non posset secundum Feli. in. c. quod de his. extra eod. Et ideo si præsbiter Octauianus fuisset legitimè impeditus quo minus summum Pontificem adire posset, rectè absolui à præsbitero Bartholomeo percusso potuit. iuxta nota. per spec. de senten. §. ut autem. uersi. illud quoque notandum. num. 40. & prac. Papien. de forma respon. rei. §. tanquam publicæ. uersi. secunda uerò. num. 4. ubi dicunt quòd quando est
6 necessitas. mortis † periculum, infirmitas, inimicitia. inopia, pucrilis, uel senilis ætas, sexus fragilitas, corporis impotentia, uel aliud canonicum impedimentum, quisque per Episcopum, uel præsbiterum absolui poterit. Stante igitur præsbiteri Octa-
7 uiani inopia, quia nihil † patrimonij habet ex quo se alere possit: &

sit: & meritò inops dicitur secundum Archi. in cap. quo iure. num.3.dist.8.& Castren.in.l.id quod pauperibus,num. 4.C.de Epis.& cleri.& cum nõ habuerit ex quo se sustentare potuisset si Romam proficisci uoluisset, ideo à sacerdote ritè absolutus uidetur:nec obstat si diceretur quòd præsbiter Octauianus curam animarum exercendo uictum sibi querere potuit,cum etiã per hoc negari non posit quin inops sit: etiam si operari pos-
8 set ut † habetur per Aymo. Grauet. in consi. 199. num. 5. Neque secundum Inno.in.c. ea noscitur in uerb. pauperes. de
9 senten.exco.quis cum uerecundia, & dedecore † hostiatim mẽdicando Romã adire debet,& ideo absolui potuit secundũ.Io.
10 Andre.in.d.c.ea noscitur. Immò si † in dubio essemus an quis irregularitatem inciderit iudicandum erit quem non incidisse. secundum Paris.in consi.96.nu.10. uol. 4. & sic eius absolutio iudicabitur ualida. Et licèt prædicta satis colorata uideantur nihilominus eis non obstantibus contrarium de iure uerius esse censeo; & in primis dico quòd præsbiter Octauianus imponendo manus uiolentas in præsbiterum Bartholomeum incidit in canonem.d.c.si quis suadente diabolo. & erit excommunicatus excommunicatione maiori, ut ibi habetur, & not. Abba.in.d.c.peruenit.el primo.in primo nota. de appella. Et Petrus Duen.in Reg.99.in.7.ampliatione num.7.per.c. cum pro causa.c.porro.&.c.monachi.de senten. exco. & irregularitatis pœnam incurrit excommunicatus celebrando.prout habetur in.c.clerici.& in.c.fraternitati,& utrobique Abb.not. de cleri. excommu.& not.etiam in.c.si quis præsbiter.num.7.& in.c.illud.num.8.eo. Facit etiam tex.in.ca. is cui. de senten.exco.in 6.& licèt uideatur disponere in illo cui ecclesiæ ingressus fuit interdictus, tamen idem erit in excommunicato celebrante ꝙ
11 incurrat irregularitatis pœnam, quia † ut dicit ibidem Archi. num.5.interdictum,siue suspensio habent similitudinem cum excommunicatione, & sunt paria, & quod statutum est in suspensis idem uidetur statutum in excommunicatis. secundum glo.in.c.primo.§.& hæc eadem.in uerb.obseruari, & glo. in.§. caueant.in uerb.irregularitatem.de senten. exco.in.6.& ibidẽ Franc.nu.4. dicit quòd æquiparantur, & Anchara. ibidem nu. 2.not.excommunicationem, suspẽsionem,& interdictum pari passu ambulare, Et ibidem dicit Io.mona.in.c.quia periculo sum.num.1.&.c.præsenti.num.1.cod. tit. & lib. Immò secun-

dum Dida.Couarru.in.c.alma mater.§.primo nu.10.in secunda par.eo.tit.& lib.Excommunicato est maior interdicto quia excommunicatum priuat fidelium cõmunione tam interiori, quàm exteriori: Interdictum autem priuat solum exteriori diuinorum officiorum celebratione, sacramentorum perceptione, & ecclesiastica sepultura, & quòd aliud sit in excommunicatione quàm interdicto declarat addi.glo.in.ca. præsenti. in uerbo declaramus.de sen.exco.in.6.dicens rationem esse:quia excommunicatio est mortis æternæ damnatio, & ideo festinare debemus, ut mortuus, à Christo separatus per excommunicationem, ei reintegretur per absolutionem, maioribus enim malis sincera caritas subuenire debet.c. ut constituetur. l. Dis. In interdicto autem non traditur quis Sathane, nec est ibi tantum periculum: & ideo nec tantum festinandum. Et ea etiam ratione quia in interdicto iura uolunt unum pati pro alio, in excommunicatione secus. Et in his monitio aliqua non re-
13 quiritur immò † sine ea excommunicatus celebrans puniri poterit ut nota. Abb. in d.c.fraternitati.not.3.& in.c.latores nu. 1. de cleri. exco. Et secundum Ludo. Gomesi. de subrogan.
14 colligan. quæst. 7. in litera. B. ista † procedunt quando quis ipso iure est excommunicatus, quia tunc aliqua notitia, uel monitio non requiritur cum præsumatur scire, ex quo iura sunt notoria prout etiam in præsenti casu. ubi, ut nota. glo. in. d. cap. si quis suadente diabolo. in uerbo. subiaceat 17.
15 q.4.percutiens † clericum ipso facto in canonem latæ senten-
16 tiæ incidit,& percussor celebrans ipso iure in irregularitatem incurrit secundum Abba.in d.c.clerici.num.2. in fin.de cleri. exco.& Beat.Antoni.in trac.de irregula.num.5.Et Nico.Ploui.in eo.trac.in regu.40.num.34.Et hoc procedit etiam si non dum denuntiatus esset, ut declarat uir præstantissimæ doctrinæ Dida.Couarru.in d.c.alma mater.§.6.num.9. uersi. is ue-
17 rò illud.par. 1.Quibus stantibus † dicendum uidetur,quòd Episcopus,& non sacerdos authoritatem absoluendi habeat incidentem in canonem d.c.si quis suadente diabolo, ut dicit glo. in c.2.in uerb.reseruantur.de pœniten.in.6.quam Doct.com-
✣ muniter * sequuntur, ut illemet refert in d.c.alma mater.§.12.
18 nu.5. par. 1. Et licèt ibidem † dicat communem * Theologo-
✣ rum opinionem in contrarium esse uidelicet, quòd sacerdos parochus ab excommunicatione maiori absoluere posit, &
quia

19 quia ibidem etiam nume.6.uult † sacerdotem parrochum ab excommunicatione maiori regulariter absoluere posse. Ideo distinguẽdum erit. Aut percussio, uel manuum iniectio in cle-
20 ricum, uel personam ecclesiasticam est leuis, & † Episcopus, uel sacerdos Parrochus absoluere poterit, ut de Episcopo not.glo. in d.c.si quis suadente diabolo, & est tex.in c.peruenit.de senten.exco.not.Fab.& Arc.in d.§.atrox, & Roma.in singu.702. incidens.de sacerdote autem Parrocho plura deducit Dida.
21 Couarru.in supra proximo citato loco.† Aut est iniuria atrox, & tunc incidens in dictum canonem ab episcopo quoque absoluitur, si sedis apostolicæ conspectui se repræsentare non potuit: ut mulier, aut alienę potestati subiectus, uel delicatus, aut habens inimicitias capitales, uel aliàs iustas excusationes, ut si esset in mortis articulo constitutus, aut infirmitate, uel paupertate, siue tanta grauaretur senectute, uel alio canoni-
22 co detineretur impedimento, facta tamen † prius Romano Pontifici notificatione antequam absoluatur si mortis periculum non timeretur: quia secundum eius consilium tales de perpetratis sceleribus puniendi erant recepto etiam ab eis iuramento de mandatis ecclesiæ parendo: & quòd reasumptis uiribus, ac cessantibus prædictis, uel alijs impedimentis, & opportunitate concessa cum proprijs personis Romanam uisitabunt ecclesiam, & ad prędicta faciunt.c.mulieres c.de cætero c.nuper c.ea noscitur c. si uerò aliquis c.relatum.c.quod de his, & c.quamuis.de senten.exco.& hæc sunt iura à Spec.deducta in citato loco de senten.ex quibus manifestè deprahẽditur quòd
23 Episcopo, & non sacerdoti talis † absoluendi facultas tradita
24 fuit, & similiter dicere debemus hãc fuisse † spec.intẽtionem, quia Doctorum dicta intelliguntur secundum leges quas allegant.ut uult Bar. in l.non solum.§.liberationis, nu.7. de libe. lega.Et in l.cum quidam uersi.solutio intelligo.ff.de his quibus ut in dig.& Roma.in cons.76.in causa nobilis uiri.colum.
25 fin.uersi.sed ut poteris clarissimè † & Ias.in §.rursus.num.33. Insti.de actio.Et absolutio ab excommunicatione maiori tam superiori reseruatur si est occulta, quam si manifesta teste Feli. in c.porrò.in prin.de senten.exco.In summa autem necessita-
26 te † Idest in mortis articulo sacerdos talem excommunicatum absoluere poterit secundum glo.in d.c.de cætero.in uerb.licet diocesano.Et secundũ Francis.de Platea.in trac.de exco.§.59. num.

numero.2. quis pôtest propter iustum impedimentum absolui ab alio quam ab eo à quo de iure fuerat absoluendus. Imminens autem mortis periculum dicitur iustum impedimentum, etiam si immineat aliter quam per infirmitatem puta timet hostem capitalem, uel obsessus, uel in manibus prędonis, uel tyranni, uel est nauigaturus periculoso nauigio, uel patitur naufragiũ, aut iturus est per loca periculosa. ff. de dona. cau. mor. l.3. cum l. seq. uel de Episcopi mandato ut habetur in d.c. de cætero. in glo. Aut participantem cum excommunuicato absoluere poterit, quia canonis conditor talem excommunicatum sibi specialiter non reseruat: & quotiescunque sibi specialiter
27 non † reseruat authoritas sacerdotibus concessa uidetur d.c. nuper. §. in secundo uerò casu. Prædicta tamen intelligenda sunt secundum Feli. ibi in uersi. nota tex. optimum, nu.1. quòd sacerdos ab excõmunicatione minori absoluere posit, quia à maiori Episcopus solus absoluit. Ac ẽt intelligẽda erũt in sacerdote parrocho, qa alius non posset attestante hoc Dida. Couar.
28 in supra proximo citato loco ubi dicit quòd † regula communis omnium consensu constituta fuit quòd ab excommunicatione minori lata à iure quilibet sacerdos absoluere non possit, sed tantum is, qui animarum curam exercet, & est parrochus ipsius excommunicati. hanc opinionem sequitur etiam Beatus Antoni. in trac. de excomu. c.79. num.14. Et quòd ab-
29 solutio excommunicationis d. cano. si quis † suadente stante impedimenti causa Episcopo, & non sacerdoti reseruata sit not. Abb. in d.c. de cætero. num.1. & in c. monaci. nume.3. de senten. excom. & traditur in sum. Ange. in uerb. absolutio primo, & in sum. Antoni. in 3. par. tit.11. circa fin. Et Feli. in d.c.
30 peruenit † de senten. excom. no. inferiorem ab Episcopo non posse excommunicatum absoluere pro leui iniuria in clerici personam illata, prout etiam dicit Archi. in d.c. si quis suadente in fi. Inno. tenere idem in d.c. de cætero. de senten. exco. intellige tamen quando inferior prælatus non haberet iurisdictionem Episcopalem, quia si eam haberet posset absoluere ut declarat Feli. in c. at si clerici. §. de adulterijs. num.11. de iudi. Et Federi de Senis in q.14. num.4. dicit prelatos inferiores ab Episcopo non absoluere à sententia canonis, nisi in casibus in iure expresis, sed in iure expressum non est quòd sacerdos incidentem in d. cano. absoluere posit, nisi mors immineret, &

esset Parrochus: ergo præsbiter Bartholomeus percussus præsbiterum Octauianum percussorem absoluere non potuit: &
31 absolutio non solum ex illa † ratione, sed etiam ex alia est nulla, quia sicut legatus de latere qui ab omni excommunicatione, etiam Papæ reseruata absoluendi potestatem habens non potest suum percussorem absoluere, quando grauiter uulneratus existit, ut inquit Feli. in d.c. ad eminentiam in 3. limita. de senten. excom. Et multo minus iste sacerdos, qui potestatem absoluendi ab excommunicatione maiori non habebat (quia grauiter in oculo percussus) præsbiterum Octauianum percus-
32 sorem absoluere non potuit. arg. si de quo † magis, ergo de quo minus l. nec exuera. C. de acquiren. possess. c. licet uniuersis. in princi. de testi. & c. si ergo. 8. q. 1. & ibi glo. in uerb. quis erit. no. quod minori facere non licet quod maiori non licet. Et utrum iniu
33 ria sit leuis, uel atrox. † Episcopi arbitrio reseruatur, ut habetur in d.c. peruenit, & ibi Abb. no. in fi. de senten. exco. Cuius etiam arbitrio remittitur quando quis possit, uel non ire Romam, ut uult glo. in d.c. mulieres in uerb. labores. Et dato etiam quòd iste sacerdos facultatem absoluendi haberet, quod tamen negatur,
34 nihilominus absolutio etiam nulla † esset, quia casus iste Romano Pontifici notificatus non fuit; Neque à præsbitero Octauiano iuramentum receptum fuit de mendatis ecclesiæ parendo, & quòd cessante paupertatis impedimento Romanam uisitabit Ecclesiam. ut habetur in d.c. mulieres, & ibi glo. & Abb. nu. 2. & in d.c. quod de his. & d.c. quamuis. & ista fuit opinio Hostien. in c. cum desideras. de senten. excommunica. cum
35 prædicta sint † de forma, absolutio forma non seruata minimè ualet. arg. c. quia propter. de elec. & ut dicit Feli. in d.c. cum de-
36 sideras num. 3. solennitatis ommissio à consuetudine inducta actum uitiat, & deducit glo. singu. in authe. ut præponatur nomen Imperatoris in prin. & licet ibidem glo. fi. in d.c. cum desideras. (quam sequitur Abb. num. 8. dicens eam communiter
37 teneri) uelit † quòd absolutio ab excommunicatione ualeat non seruata iuramenti forma, & dict. glo. sequitur etiam Dida. Couarru. in d.c. alma mater. §. 11. num. 7. in. 1. par. dicens eam
* à Doctoribus cōmuniter * sequi, uideatur obstare quo ad receptionem iuramenti: nihilominus aduertendum erit, quòd absolutus ab excommunicatione ab eo qui authoritatem absoluendi nō habebat quādo mortis periculum imminebat uel

aliud

aliud iustum impedimentum cessante impedimento tenetur se repræsentare summo Pontifici, aliàs in eandem sententiam ipso iure incideret.c.eos qui de senten.excom.in 6. Et dato quòd non ex his, ex alijs tamen rationibus supra deductis omnia in contrarium obiecta sublata esse uidentur. Et quamuis casus esset dubius prout est clarus, nihilominus iudicandum esset præsbiterum Octauianum celebrando in irregularitatem incidisse, Non obstant deducta per Parisi.in.d.consi.96.num. 10. Quia in rei ueritate Inno. non uidetur dicere quòd in dubio quis irregularis iudicandus non sit, nam si hoc diceret, uideretur esse contra tex.in.c.illud.§.licèt.de cleri. exco. ubi excom-
38 municatus celebrans, in † dubio irregularis iudicatur, cum in dubijs uia tutior eligatur, Et ubi de animarum periculo tracta-
39 tur: & propter pœnitentiam † iniungendam contra pœnitentem iudicare debemus secundum Imo. in cle. prima num. 19.
40 uersi.in.§.uerum de hæreti. & propter animarum † periculum tutior uia eligenda erit, licèt durior. teste Præpo.mediola.in.c. iuuenis num.4.de sponsa.& Philip.Probo.in.ca. is qui.num.2. de senten. exco. in. 6. & quòd animarum fauore in foro conscientiæ in duriorem partem interpretatio fieri debeat declarat Marsi.in singu.151.semper in dubijs. Ponzi. in trac. de lamijs num.90. circa fi. erit tamen aduertendum quòd excommunicatus celebrans licèt irregularitatem incurrat, non tamen priuatur beneficiis nisi ab homine fuerit excommunicatus secundum Staphile.designatura iustitiæ in uersi. uerum quia. nu.
41 4.pagi.465.Et ex prædictis aliàs† datis per me per modum dubitandi, & non bene resolutis per aduocatum præsbiteri Octauiani pronunciaui ipsum nulliter absolutum fuisse, & in pœnam irregularitatis incidisse, nulla facta mentione de depositione.

SVMMARIVM.

1 *Mandans fieri homicidium, incidit in pœnam criminis assassinij, & pœnitentia ei non prodest.*

2 *Pœnitentia in aliquibus casibus non prodest, sed criminis conscientia punitur.*

3 *Pœnitentes, & conuertentes ad cor suscipit Deus, & ecclesia nunquam claudit gremium pœnitentibus.*

4 *Pœnitentiæ*

4 *Pœnitentiæ in atrocioribus locus non erit, & maximè, vbi quis ipso iure pœnam incurrit.*
5 *Mandans fieri maleficium in atrocioribus punitur pœna extraordinaria licèt delictum non sit consumatum.*
6 *Pœna licèt sit extraordinaria poterit tamen iudex ad mortem condemnare.*
7 *Pœnam commissam iudicis arbitrio iudex poterit arbitrari usque ad mortem.*
8 *Pœna vbi per legem ipso iure, uel ipso facto imponitur semper actum consumatum requirit.*
9 *Pœna vbi, à statutis imponitur delicti consumatio requiritur.*
10 *Delicta quasi omnia per statuta Italiæ puniuntur, & ideo, conatus non punitur.*
11 *Delictum si sequutum non fuit mandans non punitur.*
12 *Extraordinariè in atrocioribus quis punitur si ad actum remotum proximum peruenit punitur ac si delictum esset consumatum. Crimina leuiora non faciunt aliquem incidere in pœnam si ad actum proximum deuentum non fuit, ut ibi num. 12.*
13 *Mandans fieri delictum si est atrox ipse, & mandatarius extraordinariæ punitur.*
14 *Crimina leuia vel grauia quæ dicantur.*
15 *Mandans aliquem vulnerare, & non occidere, si mandatarius excidit mandans non debet puniri pœna mortis.*
16 *Mandans in crimine assasinij de interficiendo aliquem puniri non poterit, nisi pœna leui si mandatum reuocauit.*
17 *Mandans reuocans mandatum in crimine leui absoluitur.*
18 *Confessio mandantis interfici aliquem si fiat cum qualitate quòd mandatum reuocauit etiam quòd aliter de reuocatione non constet puniri tamen non poterit pœna ordinaria.*
19 *Confitens delictum cum qualitate torqueri non poterit.*
20 *Mandatarius non est idoneus testis contra mandantem, & non facit indicium sufficiens ad inquirendum.*
21 *Mandatarij confessio non facit indicium sufficiens ad torturam nisi alia concurrant.*
22 *Socio criminis non creditur si ex alio delicto esset infamis, vel si eius confessio sine tortura fuisset.*
23 *Falsitas quæ nemini nocet non est punibilis pœna saltem ordinaria.*
24 *Delictum incohans si noluit perficere excusatur.*
25 *Pœnitentiæ locus non erit in delictis consumatis, secus autem si delictum*

delictum non esset perfectum quia noluit licet potuit.

26 *Pœna capitis quare accipiatur usque ad mortem in. §. sunt quædam Insti. de iniur. & in alijs non extendatur.*

27 *Pœnæ sunt molliendæ, & odia restringenda.*

28 *Dictio usque aliquando includit, aliquando excludit.*

29 *Pœna si erit iudici arbitraria mitior imponitur.*

30 *Pœna usque ad mortem extenditur in delictis consumatis.*

31 *Pœna c. primi de homici. in. 6. quomodo intelligatur in delictis non consumatis.*

32 *Monachus qui animo damnificandi monasterium, palatium ingressus fuit in quam pœnam incurrat.*

33 *Pœna de qua in cap. primo. §. fin. de homici. in. 6. requirit delicti consumationem.*

34 *Ingrediens palatium animo damnificandi, vel fur intrans domum animo furandi in quas pœnas incurrant quando delicta non fuerunt consumata.*

35 *Delictum consumatum aliter punitur quàm non perfectum.*

36 *Statutum de extrahente bladum extra teritorium qualiter punire faciat repertum in via.*

37 *Punitur leuius repertus in via portare bladum extra teritorium.*

38 *Mandatarius si non tenetur de delicto, nec mandans tenebitur.*

QVAESTIO. XVI.



FRANCISCVS Brixianus Nicolao Imolensi scuta decem promisit si bastono percuteret Andream Bononiensem, & licèt mandatum reuocauerit, & nullus sequutus fuerit effectus, nihilominus carceratus fuit uigore confessionis præfati Nicolai mandatarij carcerati, qui dixit mandatum sibi factum fuisse, à dicto Francisco prout supra. Nunc autem dubitatur an in aliquam pœnam præfatus Franciscus mandans inciderit. Deus sensus meos illuminet, & me in uiam ueritatis dirigat ut possim respondere
1 quod sit iuri congruum. Et uidebatur dicendum † mandantem in criminis assassinij pœnam incidisse cap. primo de homici. in. 6. & pœnitentiam sibi prodesse non debere, quia ut ibi glo. in uerb. mandauerit. nota. si mandans re integra mandatum reuocauerit, nihilominus pœnam incurrit, cum ex solo mandato

mandato iam prius ligatus esset: & ibidem Io. Mona. num. 8. dicit in aliquibus casibus pœnitentiam non prodesse, sed cri-
2 minis † conscientia punitur, prout est in casu istius cap. primi ubi quis non excusatur, à pœna temporali quantuncunque pœnitentes, licèt sit locus pœnitentiæ spirituali,& reconciliationi diuinæ quantuncunque delinquat,& quotiescunque delinquit. c.ferrum.I.dist.cap.primo,§.penul. de sum. trini.quia
3 pœnitẽtes, & reuerentes † ad cor suscipit Deus in authen. ut non luxurien.contra natu.in prin.col.6.Nec ecclesia alicui reuertenti gremium claudit c.super eo de hæreti.in 6.cap.si quis omnem.I.q.7.& l.ulti.§ pe.C. de sum.trini.Et in d.c.super eo. in hoc etiam conueniunt Io.Andre.num.11.Gemi.nu.10.super glo.in uerb.mandauit Franc.num.6.& Anchara.in fi.deducendo eundem.Io.Andre.in reg.in pęnis.in mercuria.subdentes quòd ex solo mandato delictum est consumatum, & pœna ipso iure imposita, quare pœnam ipsam non euitabit quantumcunque reuocet; & istorum Docto.opiniones sequi ui letur Capici.in decisi.155.num.20.& 25. licet eos non no-
4 minet. Regulariter autem in atrociniori bus † pœnitentiæ locus non erit etiam quòd ultra pęnitentiam fur bona furto subtracta proprijs Dominis restituere noluerit, & sic ei non parcitur secundum Pau.Ghirlan.in trac.hæreti.q.5. in prin.per.l. qui ea mente.& ibi Bart.ff.de fur.Et ubi quis ipso iure pœnam incurrit, prout incurritur in d.c.I.pœnitentiæ locus non erit per plura quę congerit.Tiraquel.in l.si unquam.in uerb.reuertatur.nume.307.pagi.mihi.221.C. de reuocan.dona.Et licèt aliqui Doctores uelint quòd quis extraordinariè puniri debeat quando delictum non est consumatum prout infra referam, nihilominus Io.de Ligna.in primo uolum.consil.criminario. Docto.consi.20.punctus quæstionis.num.2.3.&.4.dicit mandantem alteri maleficium fieri in atrocioribus licet de-
5 lictum non sit † consumatum pœna tamen extraordinaria puniri debere l.j. de extraordi.crimi.& Bart.in l.non solum.§.si
6 mandato.ff.de iniur.Et in pœnis extraordinarijs † iudex poterit ad mortem condemnare l.saccularij.§. sunt quædam.ff.de extraordi.crimi.ibi usque ad pœnã capitis &c.& §. in summa. & ibi glo.ad literam.Insti.de iniur.concludit mandantem, uel mandatarium sceleris, aut delicti, & potissimè atrocis.& ipsius delicti: causa qui recipit, uel recipere debet aliquod precium

uel premium, qui etiam dicitur assasinus, & atrocius punitur l. Cicero. ff. de pœn. & l. uenales. C. quando prouo. non est necess. Et sic tales facinorosi ultimo puniuntur supplicio. Et ubi pœna est iudicis arbitraria poterit extendi usque ad mortem,
7 ut ibi per eum. Et quando pœna iudicis † arbitrio committitur, quòd iudex poterit arbitrati usque ad mortem si ex circunstantijs uideat delinquentem morte dignum uoluit Aimo. Crauet. in consi. 220. num. 14. ubi hoc modo intelligit procedere dicta per glo. in d. §. in summa, & quod à Doctoribus ita declaratur, & ad hoc deducit inter alia Deci. in consil. 100. ad fin. & in c. ex literis. colum. pen. de consti. referentem hanc esse
✱ communem opinionem*. Quibus tamen non refragantibus contrarium uerius esse censeo, quia ubi pœna per legem ipso
8 iure, † uel ipso facto imponitur semper actum consumatum requirit ut per Io. Andre. in d. reg. in penis, quem refert, & sequitur Anchara. in d. c. 1. in fi. colum. & Franc. ibidem nume. 8. de
9 homici. in 6. † subdens quòd quãdo pœna à statutis imponitur: quia sunt strictè interpretanda, tunc delicti consumatio requiritur, & in hanc sententiam inclinat Feli. in c. 1. nu. 12. de præsumptio. Grammat. Decis. 74. in causa communis. num. 4. quia statuta casum uerum, & non fictum requirunt, & cum attentare non sit uerè facere, sed ius ex fictione pro facto habeat
10 ideò non satisfacit statuto, & refert. Bart. in lege. j. ff. de sicca. dicentem rationem esse quòd per Italiam conatus non punitur quia quasi omnia delicta secundum statuta terrarum puniuntur, & Gandi. in tract. male. de homici. num. 11. ita concludit
11 quòd quando aliquis intendit per † alium delinquere non punitur si maleficium sequutum non fuit. Et similiter Bonifa. Vitelli. in titu. quid sit accusatio. num. 110. & Boeri. in q. 262. num. 12. in 2. par. sunt eiusdem sententiæ. Et ideo iste mandans pœna saltem ordinaria puniri non poterit, prout etiam
12 Franc. in supra † citato loco dicit quòd in atrocioribus quis extraordinariè punitur, si ad actum remotum, seu ad actũ uerbi peruenit; sed si ad actum facti proximum, & immediatum peruenit, punitur ac si delictum esset consumatum: In leuioribus autem absoluitur si ad actum proximum non peruenit ut ibi per eum num. 6. Et prædicta confirmantur ex deductis per Ancha. in c. cum quis nume. 7. de senten. excom. in 6. ubi dicit
13 † quòd si quis mãdat alicui facere delictum, & ille mandatum

fuſcepit, non tamen delictum eſt ſequutum, quod ſi eſt atrox, ex ſolo mandato quis tenetur, & extraordinariè punitur: niſi delictum eſſet leue, quia tunc non tenetur, & quæ dicantur de-
14 licta leuia, † uel grauia iudicis arbitrio relinquitur, ut not. glo. in. c. cum illorum. in uerb. mutationem. de ſenten. exco. Abba. in. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. num. 7. de iudi. ubi dicit quòd iudex cōſiderare debet, an delictum cauſet irregularitatem, & animum delinquentis, ac contemptum, omneſque aliàs circunſtantias, ad executionem, & comparationem pœnarum. Et ibi Barba. in apoſtilla. in uerbo. crimina minora diſtinguit aut loquimur in foro poli, & tunc delicta dicuntur grauia habito reſpectu ad qualitatem perſonæ. per glo. in. c. homo chriſtianus. 40. diſ. Aut ſumus in foro contentioſo, & tunc pœna attenditur, quæ pro tali delicto apponi conſueuit, quia ſi eſt magna, delictum magnum cenſetur: ſi parua paruum. per id quod not. hoſtien. in. c. non aſſerramus. 24. q. prima, & in hoc conuenit etiam Brun. in trac. de indi. & tortu. q. 3. num. 4. ubi ſubdit quòd leuia dicuntur etiam crimen abigatus, furtum domeſticum, & leuis iniuria, uerbo illata. Vel de iure diuino delictum maius, & minus dicitur ſecundum intentionem, & remiſsionem uoluntatis; quia ad cor. & intentionem reſpicit Deus; Et illud dicitur maius delictum, quod magis in iniuriā diuinæ maieſtatis infertur. l. manicheos. C. de hæreti. & declarat Bart. in conſi. 217. ad declarationem; Vel etiam ſecundum Abb. in c. tuæ diſcretionis, num. 3. de pœn. leuia delicta ſunt ubi dolus non requiritur, aut quando aliquid per imperitiam, uel culpam contingit ſine dolo, aut quando dolus interuenit, circa rem modicam inter domeſticos. delicta uerò grauia ſunt in quibus exigitur dolus, & tendunt in graue alterius præiudicium, ſeu reipublicæ, & magna pœna imponitur, ut in furto, periurio, & ſimilibus: grauiora uerò crimina ſunt publica, & quando non imponitur pœna mortis: grauiſsima ubi imponitur mortis pœna, nam ex grauitate deprænditur qualitas, & quantitas delicti. c. nō aſſerramus. 24. q. prima Cępol. autē in conſi. criminal. 38.
15 concludit unum ꝙ † magis urget, quòd ſi quis mandauerit aliquem uulnerari, & non occidi, & mandatarij mandatum excedentes occiderunt, talis mandans mortis pœna puniri non de-
16 bet, ſed alia pœna † utputa exilij. Et eo magis in iſtam opinionem condeſcendo, quia iſte mandans mandatum reuocauit, &

 manda-

mandatario notificauit nullo sequuto effectu. quare sequitur quòd in crimine assasinij de interficiendo aliquem, si quis mãdatum reuocauerit puniri non poterit nisi pœna leui extraordinaria, ut latè per Marsi.in consi.105. in fin.uol. 2. & in singu. 326.multa cumulando uult in delictis re integra pœnitentiam operari, ut ille qui delinquere proposuit non puniatur, prout etiam innuere uidetur Ancha.in.d.c.cum quis. nu.9. uersi. sed id quæritur. dicens mandantem semper teneri nisi mandatum expressè, uel tacitè reuocatum sit, nec necessarium esse reuocationem aduersario intimari, sed iste Franciscus mandatum re-
17 uocauit quod erat† de leui,ut supra dixi nec delictum sequutũ fuit,ergo absolui debet.prout etiam concludit Marc. Blanc.in fin.suæ practicę crimini.in caute.7.deducendo Doctores in.c. ad audientiam. de homici. & Cæpol. in caute. fin. nume. 3. Et quòd Franciscus mandatum reuocauerit apparet ex confessione qualificata,quam fecit in eius examine, ubi confessus fuit se mandasse Nicolao quòd Andream bastono uerberaret,& ibidem dixit mandatum reuocasse:sequitur igitur quòd confessio
18 mandantis interfici † aliquem si fiat cum illa qualitate quòd mandatum reuocauerit,etiam quòd aliter de reuocatione non constet,nisi per dictam confessionem qualificatam, iste tamen mandans ad mortem puniri non poterit, si assasinus ad actum proximum non deuenisset : si tamen delictum aliter quàm per confessionem ipsius probari non poterit secundum Capici. in d.decis.155.num.11.deducendo Abba.& Feli.in.c. auditis. in uersi.obstat secundo.num.30.de præscrip. adde Marsi. in singu.185.& in.§.secunda quæstio.nu.14.& Gramma.in uoto.2.
19 num.3.Neque poterit super ista† confessione torqueri ut uult Marc.Blanc.in fin.suæ practicæ crimi. in caute.4. deducendo Thom.Ferra.in caute.5.& dicta per Capi. in citato loco ubi dicit quòd confessio qualificata non iuuat, procedunt quando ad actum proximum uulnerandi deuentum fuit, & de delicto aliter constabat quàm per rei confessionem, Vel quando nulla extarent inditia de pœnitentia ut uoluit Io. Andre. in addi. ad spec.de constitu.in addi.in uerb.subdit.sed hic aliqua exstare uidentur quia longissimum temporis spacium excessit, à die mandati hucusque quo carceratus fuit, & nullus effectus sequutus: sicut e contrario si post longum interuallum mandatarius aliquem interfecisset:quia præsumitur interfector id fecisse occasione

casione precedentis mandati: secundum Alcia. in trac. præsum. reg. 2. & præsumptione. 24. nu. 4. Et licèt istud delictum curiæ manifestatum fuerit per Nicolaum mandatarium nihilominus eius dictum Francisco † nocere non debet: quia mandatarius non est testis idoneus contra mandantem super cōmissione acceptata, uel ad probandum mandatum: quia uersatur ipsius interesse, & sic deponit de re propria, quod non licèt, & uult Paris. in consi. 151. num. 7. uol. 4. per. l. in omnibus. C. de testi. l. nulla. ff. eo. tit. idem tenet hippo. Riminal. in consi. crimi. uario. Docto. consi. 105. num. 14. uol. primo, & dictum socij criminis non est indicium sufficiens ad inquirendum fama non præcedente. ut ibi per eum num. 26. Minusque eius depo-
20

21 sitio erit inditium † sufficiens ad torturam, nisi alia concurrāt inditia prout hic non concurrunt, ut latè cōgerit Parisi. in. d. consi. 151. num. 5. cum pluribus sequen. Et hippo. de Piminal. in citato loco num. 6. & 10. dicit socium criminis in casibus in quibus interrogari poterit de socio, non facere indicium sufficiens ad torturam, nisi concurrat aliqua alia præsumptio con

22 tra inculpatum; requiritur etiam † quòd socius criminis non sit infamis ex alijs delictis per eum commissis quia licèt in casibus priuilegiatis socio criminis credendum sit, ei tamen non creditur, si ille talis ex alio delicto esset infamis, ut etiam declarat Boeri. in. q. 319. num. 3. uersi. & sic est singularis; Et requiritur, etiam quòd talis confessio in quæstione, & tortura facta fuerit: aliter licèt aliqualem faceret præsumptionem, non tamen esset indicium sufficiens ad torturam, ut ibi per eum nu.

* 4. referentem hanc esse * communem opinionem, & ideo dictum istius mandatarij minimè nocebit confessioni Francisci mandantis qualificatè factæ, ac uenit absoluendus, ex quo istud crimen poterit arbitrari esse leue. Nec refragatur quòd ex solo mandato delictum sit consumatum, & pœna ipso iure im-

23 posita, & quòd mandans non † euitabit pœnam, quia responde tur, quòd sicut falsitas quæ nemini nocet non est punibilis, saltem pœna ordinaria secundum Ancha. in consi. 24. num. 6. Ange. in trac. male. in uerb. falsario. uersi. quæro quot modis. nu. 3. & Marsi. in consi. 105. num. 11. & consi. 118. nu. 24. uol. 2. & à Io. de Ana. traditur doctrina in. c. primo de crimi. falsi. reprobando glo. ibi, quòd quis nunquam incidit in pœnam falsi nisi falsitas alicui præiudicet, ut refert Feli. in. ca. primo, nu. 5.

de præsumptio, & Afflic. in deci. 21. nu. 12. & tamen deponens falsum facit quicquid est in se, sed ex quo non nocet non punitur, ita etiã mandans nullo sequuto effectu ex quo eius mandatũ alicui non nocuit minimè puniri debet, & ad hoc facit. l. qui
24 falsam monetã. ff. ad leg. cor. de fal. ubi si quis † falsam monetã percusserit, sed eam formare noluerit, suffragio iustæ pœnitentiæ absoluitur Gram. d. Deci. 74. & ibi not. Bart. quòd qui incoauerit delinquere, & non perfecit quia noluit, excusatur.
Neque aduersatur quòd in delictis atrocibus pœnitentię locus
25 non sit quia istud intelligitur quando † delictum esset consumatũ, ut not. glo. 1. in l. si falsos. C. ad leg. Cor. de fal. & ibidem glo. 2. not. pœnitentiam admitti in casu d. l. & in pluribus alijs casibus, & glo. in l. qui ea mente. ff. de furt. not. quòd si esset processum ad actum non consumatum, nec perfectum si quidem quia noluit licet potuit; & pœnitentiæ locus erit, & in pœnam non incidit prout in simili dicit Aluarot. in cap. 1. §. sed & qui delator. nume. 12. quæ fuit prima causa bene. in usibus feu. de Vasallo qui uoluit adulterare uxorem Domini sui, sed non peruenit ad alium actum, quam ad turpe colloquium: quia ex hoc solò non esset priuandus feudo. Et faciunt etiam tradita per eum in §. si uoluerit. num. 2. de capita. qui cur. uendi. Et deductã per Pau. Girlan. in d. q. 5. procedunt quando deuentum fuit ad actum proximum, & consumatum, ut colligitur ex illis uerbis, quòd licet fur uoluerit bona furto subtracta restituere dominis. Nec obstat dum dicitur quòd in pœnis extraordinarijs, iudex in capitis pœnam reum condemnare poterit per d.
26 §. sunt quędã, & alia deducta à Io. de † Ligna. in d. consi. 20. & Aymo. Grauet. in d. consi. 220. nu. 14. quia respondetur, quòd pœna capitis accipitur in d. §. sunt quædam. usque ad mortem inclusiue, quia talis legis intentio certa fuit, ut ibi. colligitur, dum dicit usque ad pœnam capitis quia, & ipsa res mortẽ comminatur, & sic quia delictum sonabat in mortem naturalem, ideo pœna ibi extenditur ad mortem in alijs autem non exten-
27 deretur usque ad mortem, quia, ut † dicit glo. in l. idest. ff. de dolo. in pœnis molliores esse debemus, & proniores in odijs restringendis, & dictio usq; aliquando includit, ut quadrupliciter distinguit Bar. in l. patronus. §. 1. ff. de leg. 3. & plura congerit Tiraquel. de utroque retrac. §. 1. in glo. 11. num. 66. & sic in meliorem partẽ uidelicet deportationis interpretari debet

secundum

secundum Marsi.in consi.51.num.39.uolum.1. & Pet.Duen. in reg.393.num.9.ubi plura cumulando uult, quòd pœna capitalis nō sit ultimi supplitij.& Ioachinius Minsiliger in singu.
29 45. Et quando pœna est iudici † arbitraria quòd mitior imponatur,& non ad mortē naturalem affirmat Afflic.in deci.276. num.6.dicens communiter reprobari opinionem illorum, qui dicunt iudicem in arbitrijs punire posse usque ad mortem, & ubi per legem punitur affectus ac si esset consumatus, iudex poterit mitigare pœnam,si uult,sed non necessitatur.Et idem uoluit Marsi.in consi.34.num.35.uolum.1.& Gramnia.in consi. 36.num.21.Et quòd in dubio intelligi debeat de mitiori pœna plura congerit Marsi.in sua practi crimi.in §. oportunè.nu. 40.ubi dicit istam opinionem esse æquiorē, & magis * commu
30 nem. Et si quando pœna usque ad mortem extendi posset locum haberet in delictis consumatis, secus in non consumatis, ut illemet affirmauit in d.consi.105.num.28.ubi ita respondet
31 ad d.§.in summa.Insti.de iniur.Neque aduersatur † secundum Marsi.in d.consi.105.d.c.1.de homici.in.6. quia loquitur in pœna excommunicationis,depositionis à dignitate, & confiscationis bonorum,& non in pœna sanguinis, uel mortis; inter quas est longa differentia,& deducit Alex.in consi.140.uidetur in casu.colum.3.uolum.2.& quòd affectus puniatur licet effectus non sequatur intelligi debet in isto casu quòd puniatur per illud c.1.sed non eadem pœna,immo mitiori prout in simili idem declarat Cepo.in suis consi.crimi.in ulti.consil. num.5.& facit etiam ad hoc illud,quod no.Io.Andre.in addi. ad Spec.de constitu.circa fin.in addi.adde per hoc, ubi quæ-
32 stionem decidit de Monacho,qui animo † monasterium damnificādi palatiū intrauit,ꝙ incurrit excōmunicationis pœnā,de qua in clem.ne in agro.§. quia uerò. de statu monacho.licèt enim non damnificauerit, tamen ex quo ab hanc causam intrauit, ligatus est, ut ibi dicit glo.in uerb.ipso facto.& deducit d.c.1.& ibi nota.& sic intrando palatium cum illo animo delictum consumauit quo ad pęnam illius.§.quia uerò.non quoad damnum: & similiter in præsenti casu delictum non fuit consumatū quoad percussiones nunꝗ illatas,& ideo puniri nō dēt
33 sic uti si illatæ fuissent,& ad † hoc pondero d.c.1.§.fi.ubi uidetur quòd requiratur delicti consumatio, uel quòd ad uulnera, seu saltem ad actum proximum deuentum sit, ad hoc, ut quis

in pœnam ipso facto incurrat, pondero uerba uidelicet per assassinos interfici fecerit, uel etiam mādauerit, quanquam mors ex hoc non sequatur: innuit ergo tex. requiri quòd deueniatur ad uulnera, uel alium actum proximum, & immediatum, & licet mors non sequatur, nihilominus pœnam incurrat. Et pondero etiam tex. & postquam probabilibus constiterit argumentis aliquem tam execrabile scelus cōmisisse incurrat illas pœnas absque alia sententia, ecce ergo quòd requiritur consumatio delicti. & Car. Zaba. in d. §. quia uerò. num. 16. dicit qui de-
34 lictum inchoauit intrando palatium, licet non perfecerit tenetur ad pœnam delicti pro ingressū qualificato ex animo, non autem pro delicto consūmato, & ibidem Imo. nume. 26. dicit Monachum non teneri de damno, quod nondum intulit; tenebitur tamen ad excommunicationis pœnam, ex quo intrando eo animo delictū consumauit quo ad illā pœnam: sicuti qñ fur animo furandi domum intrauit, si non furatur furti non tenetur: nihilominus iniuriarum actione tenetur si uim intulit. ut l. Iulia. de ui. ueluti etiam secundum Bal. in l. data opera. colum. 14. in fi. uersi. dico autem. C, qui accu. non pos. si quis percusserit uolens occidere, si mors non est sequuta: delictum uulneris est perfectum, sed homicidium non est consumatum. Et ideo punitur de uulnere, quia uulnus est delictum consummatum: sed secundum statuta, & consuetudinem locorum non punitur de homicidio: quia tale crimen non est sequutum. Et Ancha. ibidem num. 25. uult quòd si attentando eo animo curiam ingressus sit quòd erit locus pœnæ excommunicationis: & sic ex solo isto conatu, & attentatione delictum est consumatum, sicuti habetur in simili. in d. c. primo. Et quòd aliud sit in deli-
35 cto † consūmato, & aliud in non perfecto uoluit Io. Andre. in addi. ad Spec. in tit. de constitu. super uers. pone ergo quòd sta-
36 tutum. in addi. in uerb. † medietatem, ubi dicit stante statuto de deferente bladum extra territorium, quòd si quis reperitur in uia, incidit in pœnam, per l. si fugitiui. C. de ser. fugi. & si confiteatur, id certum est: si autem negaret, & diceret portare ad domum suam, uel ad molendinum, & si uerum esset illum habitare ultra locum quo repertus fuit, uel molendinum habile ad usum suum esse ultra illos terminos excusaretur, alias non, si
37 erat in loco, in quo minime poterat negare † illud, quod cōmisit l. qui sententiam. in fi. C. de pœn. & ideo iudex debet esse circunspectus

conspectus & ponderare prædicta, & similia: & si comprahensus fuisset cum animalibus oneratis in uia antequam exisset extra territoriũ, leuius punitur, quàm si effectiuè maleficium perfecisset ponderando tex. in. d. l. si fugitiui. unde si statutum puniret illum ad perdendum bladum, & animalia, quòd in altero tantum ueniret puniendus. Et in hanc sententiam conuenit etiam Bal. in sua practi. de statutis in. q. utrum teneatur adinuentus. num. 1. quòd leuius puniatur, ponderando. d. l. si fugitiui.


38 Erit etiam aduertendum quòd si mandatarius non tenetur de delicto, nec mandans tenebitur, ut traditur ab Andre. de Iser. in. c. 1. §. satisfactionem, num. 27. uersi. quomodo tenebitur de statu. & consue. liber. eccle.

SVMMARIVM.

1 *Testibus inimicis capitalibus non creditur.*
2 *Purgatio canonica non indicitur quando infamia ortum habuit à maleuolis.*
3 *Purgatio canonica indicitur quando infamia apud graues, & bonos viros esset.*
4 *Purgatio canonica indicitur ex signis, vel coniecturis verosimilibus.*
5 *Contrariorum eadem est disciplina.*
6 *Vero non simile quid dicatur.*
7 *Purgatio canonica indicitur ex suspitione verosimili, & temeraria eam repellit.*
8 *Probationes efficaciores requirantur vbi quis se fundat in non verosimile.*
9 *Suspitio de hæresi. ex leuibus signis orta plenè probari debet.*
10 *Purgatio canonica saltem per vnum testem fide dignum indicitur.*
11 *Receptator secundum Gramaticos non dicitur qui semel acceptauit.*
12 *Receptator dicitur qui malefactorem abscondit, ut effugiat manus iudicum.*
13 *Purgatio canonica ex tribus indicitur, & sufficit etiam vnum ex dictis tribus.*
14 *Infamia licèt ortum habeat à vilioribus, & maleuolis, si tamen apud graues uiros quis infamatur ad purgationem admittitur.*

15 *Confessio hæresis in iudicio facta indicijs nõ præcedentibus valet.*
16 *Receptator hæreticorum, vel aliorum delinquentium quis dicatur.*
17 *Receptator hæreticorum efficitur excommunicatus.*
18 *Suspectus iuxta suspitionis, & personæ qualitatem se purgare debet.*
19 *Hæreticus reputatur qui per annum perseuerat in excommunicatione.*
20 *Disputare de fide catholica quibus est probibitum.*
21 *Concessum alijs videtur, quod aliquibus prohibitum fuit.*
22 *Sacerdotis officium est docendi in populo.*
23 *Ignorantia cunctorum errorum est mater, & maximè in sacerdotibus.*
24 *Cæcus si cæcum ducit ambo cadunt in foueam.*
25 *Conseruatio facit quem præsumi talem qualis est is cum quo conuersatur.*
26 *Res aliqua si potest tendere ad bonum, & malum propter animæ periculum in duriorem partem accipitur.*
27 *Suspitio ex actibus frequentatis inducitur.*
28 *Particeps criminis præsumitur, qui frequenter, à fure emit.*
29 *Frequentia actuum, & qualitas personæ inducit præsumptionem talem quòd iudex ad torturam deuenire poterit.*
30 *Tortura etiam contra hæreticum moderatè adhibenda erit.*
31 *Suspitio sola purgationem inducit.*
32 *Suspectus de hæresi. Episcopi arbitrio purgationem canonicam præstare debet.*
33 *Appellatio non admittitur aduersus indictam purgationem, nisi modus excedatur.*

QVAESTIO. XVII.


VBITATVM fuit in congregatione sanctæ inquisitionis Bergomi, utrum præsbiter Paulus de hæresi inquisitus abiurare debeat, seu ad purgationem canonicam admitendus sit. Omnipotẽs sempiternus Deus sensus meos illuminet, & labia mea aperiat, ut in uiam ueritatis flectere me possim. Salua semper Sanctæ Ro. Ecclesię determinatione, uidetur dicendum quòd non teneatur abiura-

re, uel se purgare, ex quo testes contra eum examinati sunt eius
1 inimici capitales, & eorum † depositionibus credendum non erit. c. cum oporteat, & ibi glo. in uerbo. inimicos. ibidemque, Feli. num. 4. & 5. de accusa. Lanfranc. de oria. in c. quoniam cō tra falsam, in uerbo testium num. 146. de testi. & Gundisal. in trac. hæreti. q. 13. per c. per tuas. ibidemque, glo. in uerbo. fomite. & in uerbo inimicitias. de simo. Vel secundum Abba. in c. cum iuuentute. in 1. nota. de accusa. & in c. qualiter, & quando. eo. tit. & Archi. in c. cum in cunctis. in fin. post glo. in uerb.
2 maledicorum. 11. q. 3. quando infamia, à maleuolis † ortum habuit, ex ea purgatio canonica non indicitur, etiam ad aliorum instantiam, nec iudex contra infamatum ex tali infamia commoueri debet. Vel ubi ex probabilibus cōiecturis infamiā processisse non constat de ea curandum non erit, Aut ubi à maleuolis infamiam ortam esse constaret, tunc nec inquisitio, nec
3 purgatio procederet. Sicuti e contrario † si infamia apud bonos, & graues uiros esset, & à Detractatoribus, aut maleuolis, uel inimicis ortum non habeat purgatio indicenda erit per. d. c. cum in cunctis, & ibi glo. in uerb. maledicorum, quod deducitur in summa Siluestri. in uerb. purgatio num. 2. Veluti etiam
4 suspitio quæ ex uerosimilibus † signis, aut coniecturis insurgit purgationem inducit. c. in fidei fauorem. de hæreti. in 6. & Alberi. nota. in suo dictionario in uerb. suspitio, uersi. suspitio surgit, & ubi talis, suspitio non erit, nec indicitur purgatio. Cum
5 contrariorum eadem sit † disciplina, secundum glo. fin. in l. sciendum. ff. qui satisda. cogan. & not. glo. in l. pomponius. §. primo in uerbo. in rem meam. ff. de procura, sed iste præsbiter Paulus apud graues uiros non uidetur infamatus, nec uehemēs suspitio cōtra eum laborat, ergo purgatio ei indicenda nō erit.
6 Neque uidetur uerisimilis quòd ipse † liberum arbitrium negauerit cum nō uerisimile dicatur illud, quod à uerò est multum dissimile. l. nō est uerisimile in prin. ff. quod met. cau. c. quia uerisimile non est. de præsumptio. Ideo uerisimile non erit, quòd iste præsbiter, qui ignorat quid sit liberum arbitrium prout ex eius constituto ignorare depræhēditur de eo locutus fuerit cū Bernardo teste similiter liberum arbitrium ignorāte. ut ex eius depositione apparet, quia fabri fabrilia, & non ea quę ignorant
7 tractant, & sicuti suspitio uerosimilis † purgationem inducit, similiter temeraria eam repellit, ut dicitur in summa Tabiana. in

uerbo.

uerbo.purgatio, & in Sũma Armill.in eo.uerb.purgatio nu.3.
8 Et ubi quis in nõ uerosimile † uult se fundare tunc probationes efficaciores requiruntur, ut traditur à Deci.in consi.177.col.
9 1.post prin. Et quãuis ex leuibus † signis suspitio de hęresi.oriatur, tamen illa plene probari debent secundum Feli.in d.c.literas.numero.32.de præsumptio.seu saltem per unum testem
10 fide dignum purgatio † indicitur.c.primo, de purgatio.cano. sed contra istum præsbiterum probata non releuant ergo ei purgatio canonica non erit indicenda. Neque tanquam re-
11 ceptator puniri † poterit, ex eo quòd una uice de sero cibum, & potum. Simoni dederit, sciens illum esse hæreticum, quia receptare secundum Gramaticos est nomen denotans frequentiam, ut refert Gemini.in capit.quicunque numero.8. de
12 hærti.in 6.& ibi in apostilla † dicitur quòd receptator ille est qui malefactorem abscondit, non qui potum, & cibum ei tradidit per l.j.§.quòd autem. de ser.corrup.l.j.§.1. ibidemque Bar.ff.de recepta.l.qui uas.§.qui furem.ff.de fur. Bal.Ang.& Sali.in l.j.C.de latro.& ista, & alia plura ibi deducuntur in d. apostilla. Præmissis tamen non obstantibus contrarium de iure uerius esse uidetur, quòd iste præsbiter saltem ad purga-
13 tionem † canonicam, & non ad abiurationem deuenire debeat, quia purgatio canonica ex tribus indicit, scilicet uulgata infamia, graui scandalo, & uehementi suspitione.c.1.& c.inter solicitudines de purga.cano. Et unum ex istis tribus de per se sufficit ad eam indicendam secundum Roma.in consi.351. in proposito casu.nu.2.ubi prædicta recitat. Et quamuis infa-
14 mia à uilibus, & † maleuolis ortum habeat si tamen apud graues, & bonos uiros qs infamatus sit, ad se purgandũ cõpellitur, ne apud illos incredibilis remaneat, ut dicit gl.in c.cũ dilectis in uerbo apud.de purga.cano.& glo.in d.c. qualiter, & quãdo el.2.in uerbo à maleuolis.de accusa.Roma.in citato consil.& licèt iste præsbiter apud bonos, & graues uiros infamatus non uideatur, tamen ex quo in eius constituto confessus fuit una uice de sero Simonem receptasse sciens illum esse hæreticum, & cibum, ac potum ei subministrasse, & cõfessio ista sine alijs inditijs & præsumptionibus non sufficiat ad condemnationẽ secundum Ancha.in consi.24.nume.2.tamen in hæresis crimine
15 contra reum probat, quando † in iudicio facta fuit, & est uera, uel uerosimilis prout ista huiusmodi presbiteri, ut declarat

Ponzi.

Ponzi.in trac.de Lamijs.num.70. Erit igitur hæreticorum receptator, ut ex eius confesſione apparet: quia licet receptator ſit nomen quod denotat frequentiam ſecundum grammaticam, & ſecundum leges ciuiles receptator dicatur qui
16 reum celat, ut † iudicum manus effugiat, tamen ſecundum canones receptator dicitur etiam quòd pluries non receptauerit, & quod reum non celauerit, & tanquam receptator tenetur ut traditur ab Archi.in d.c.quicunque nu.3. & ibidem Io. Andre.nu.4. Anchara.num.3. Gemi.nu.8. de hæreti.in 6. cum quibus conuenit. Nico.Belloni.in conſi.78. nu. 10. & ſumma. Ange.in uerbo hæreticus.uerſi.quis dicitur, & ſumma Siluſtri. in uerbo.hæreſis.1.uerſi.receptator.nu.10. ubi habetur quòd receptatores dicuntur qui recipiunt ſcienter & ſi non frequen
17 ter. Et hæreticorum receptator efficitur † excommunicatus, & ſi in excommunicatione per annũ perſeueraret infamis eſſet c. excommunicatus.§.credentes.&.c.ſicut ait. extra de hæreti.&
18 c.ut officium † inquiſitionis.in prin.eo. tit. in. 6. & per Gundiſla.in trac. hæreti. q. 15.num.11. ubi ſubdit, quòd quando quis ſuſpectus inuenitur, iuxta ſuſpitionis, & perſonæ qualitatem canonicè ſe purgare debet. Et ſi recuſaret, excommuni-
19 candus eſſet uſque ad ſatisfactionem † condignam in qua excommunicatione ſi per annum perſeueraret, ueluti hæreticus condemnandus eſſet: Vel ſi in purgatione deficeret de hæreſi coniunctus haberi debet. Accedit ad hoc quòd iſte præsbiter cum eo ſimone hæretico de fide catholica diſputare uoluit,
20 cum tamen de ea publicè uel, priuatim † diſputare prohibitum ſit.c.2.§.in hibemus.de hæreti.in.6.not.glo. in. c. cum quibus. 24.q.3.& licèt laicis tantũ prohibere uideatur, & ex cõſequẽti
21 clericis conſenſum, quia quòd † quibuſdam prohibetur alijs conceſſum uidetur.l.cum prætor.in prin. ff. de iudi. & ibi glo. multa concordantia congerit, & licèt ſacerdos docendi officiũ in populo Dei munus ſuſceperit: tñ quia dictus presbiter eſt ignarus literarum, & ignorantia maximè in ſacerdotibus cun-
22 ctorum errorum † eſt mater.c.ignorantia.38. Diſ.ideo ei per-
23 miſſum non uidetur de fide catholica diſputare, quia † ut ha-
24 betur in Euangelio ſi cæcus cæcum ducit, ambo in † foueam cadunt, & not.glo.in.c. quod quidam dicunt.§. quòd ut plenè in uerbo, cæco.prima.q. prima ſi cæcus cæcum ducere conetur in foueam ductor primo cadet, deinde ſecutor. Et ultra cibum,

& potum quòd dictus præsbiter præfato simoni hæretico dedit pluries per antea cum eo locutus fuerat de pertinentibus ad fidem, ut ex eius depositione colligitur, ubi dixit, & molte uolte l'ho ripreso auanti che fugesse de quæste sue hæresie, &
25 quella sera lo ripresi assai, Et conuersatio facit † talem præsumi qualis est is cum quo conuersatur: & si se non expurgabit ut hæreticus condemnabitur, ut refert Nico. Belloni. in. d. consi. 78. num. 10. Et ex istis reiteratis locutionibus per ipsum factis
26 cum præfato hæretico actuum frequentia † denotatur, quæ licèt ad bonum finem tendere uideatur, tamen cum possit etiam tendere ad malum in malam partem accipere debemus fauore fidei, & regulariter in omnibus alijs animæ periculum tangentibus in duriorem partem propter pœnitentiam iniungendam præsumendum erit secundum Imo. in cle. prima in fi. num. 19.
27 de hæreti. & Franc. Ponzi. in trac. de lamijs † num. 90. Et ex ipsis actibus frequentatis suspitio inducitur secundum glo. fi. in. l. in ciuilem, & ibi Bar. C. de fur. ubi not. quòd qui frequenter à
28 fure emit criminis particeps † præsumitur. Et ibi Bal. in fi. no-
29 tat. quòd propter personæ † qualitatem, & actuum frequentiã de aliquo sæpè malè præsumitur adeo quòd si iudici uidebitur
30 ad torturam deuenire poterit. Et sic quamuis † contra. d. præsbiterum ad torturam posset deueniri moderatè tamen secundum Car. Zaba. in clem. uni. §. sane. col. fi. de usur. & habetur in summa Siluestri. in uerbo inquisitio. 2. num. 2. tamen contra eum absque tortura stantibus prædictis inditijs ad purgationẽ canonicam deueniẽdum erit: quia etiam ex sola suspitione pur-
31 gatio indicitur † canonica, ut traditur à Feli. in. c. literas num. 21. de præsumptio. Neque huic nostræ opinioni resistere uidetur quòd testibus inimicis fides adhibenda non sit. Et infamia à maleuolis, & emulis ortum habens purgationem non inducat canonicam: quia ista procederent quando non adesset
32 eius confessio, ex qua suspitio † oritur, quæ laborat cõtra eum, & licèt etiam sola esset, nihilominus canonicam induceret purgationem, & ipse præsbiter suspectus satisfactionem condignam Episcopi arbitrio præstare tenetur. iuxta ea quæ habentur in. d. c. ut officium inquisitionis. in prin. de hæreti. in. 6. immò ex sola hæresis suspitione posset quis condemnari quando est uiolentissima, uel si esset probabilis propter infamiam, Vel quia noluit se purgare; & perseuerauit per annum in contumacia

tumacia post debitam admonitionem secundum Aluarot. in
33 §.Gazaros.num.2.de statu.& consue. in † usibus feu.& appellatio non admittitur aduersus indictam purgationem, nisi modus excedatur.c.nos inter alios,& ibi glo.in uerbo. appellauerit.de purga.cano.& per Roma in.d.consi.351.in fin.

SVMMARIVM.


1 *Delicti perpetrati locus, & tempus consideratur, & agrauant delictum.*
2 *Delictum de nocte perpetratum acrius punitur.*
3 *Sacerdotes, & alij quibus plurimum honoris debetur, maiori pœna sunt digni.*
4 *Delicta reiterata magis agrauant pœnam.*
5 *Delictum quòd non erat capitale propter reiterationem capitale fit usque ad mortem.*
6 *Confessio spontanea quæ dicatur.*
7 *Confessio geminata erroris, vel falsitatis prætextu reuocari non potest.*
8 *Confessus crimen statim condemnari debet, & defensiones ei denegantur.*
9 *Sacerdotibus licèt accidant repræhendenda, tamen in eis corrigendis beneuolentia plus agat quàm seueritas.*
10 *Testes examinati contra reum non citatum spontanei dicuntur, & non probant.*
11 *Testibus quando iuramettum defertur reus citari debet.*
12 *Cautela qua vtuntur iudices super processu informatiuo quando reus comparuit, vel captus fuit.*
13 *Inquisitio succedit in locum libelli, & ideo mensis, & annus in ea requiritur prout in libello.*
14 *Sententia lata sine partis citatione est nulla.*
15 *Citatio facta ad audiendum sententiam debet continere locum in quo promulganda erit, & maximè per iudicem commissarium.*
Sententia lata parte non instante erit nulla, vt ibidem numero 15.
16 *Sententia iuris, vel facti iniquitatem continens dicitur nulla.*
17 *Clericus non excommunicatur nisi sequuta irregularitate.*
18 *Sententia, à Iudice inconpetenti lata est ipso iure nulla.*

19 *Iudex*

41 *Fama de per se non probat, sed coadiuuat.*
42 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*
43 *Fama sola non facit inditium ad torturam.*
44 *Fama vni testi æquipollet si probatur, à quibus originem habuit.*
45 *Purgatio canonica indicitur tempore quo quis effectus fuit Archiepiscopus, & non ante.*
46 *Adulterium non probatur nisi probetur quòd perpetratum fuerit tempore quo durauit matrimonium.*
47 *Vxor condemnari non potest actione rerum amatorum nisi probetur fuisse uxorem tunc temporis.*
48 *Concubinarius notorius beneficiys priuatur si eo tempore diuina celebrauit.*
49 *Suspensus celebrando irregularitatem incurrit.*
50 *Suspensus à canone per modum sentiæ, & non per verba enunciatiua celebrando irregularitatem incurrit.*
51 *Beneficiorum priuatio non infligitur nisi lege caueatur.*
52 *Vulnerans tenetur præstare vulnerato impēdia circa eius curationem facta, & operas quibus caruit.*
53 *Cicatrix vtrum sit remansura qualiter medicus deponere debet aliàs non valet eius depositio omissa forma.*
54 *Cicatricis, & deformitatis nulla fit extimatio in homine, secus in muliere.*
55 *Qualitas personæ vulneratæ considerari debet ad hoc, ut crimen leuius, & grauius dicatur.*
56 *Iudex consideratis circunstantijs potest imponere depositionis, uel suspensionis pœnam.*
57 *Censuram. c. fin. 25. dis. hodie non patitur ætas nostra quia sine vitio incontinentiæ pauci reperiuntur.*
58 *Sententia quæ maiori nititur pietate cæteris præponitur, & est potior.*
59 *Pœna debet esse proportionata delicto.*
60 *Geminata confessio non nocet vbi adest iurisdictionis defectus, & citationis.*
61 *Iudex in iudicando debet considerare ea quæ habentur in. c. sicut dignum de homici.*
62 *Præsbiter pauper non debet cogi in vilipendium ordinis clericalis mendicare.*

QVAE-

QVAESTIO. XVIII.



Vidam præsbiter Franciſcus Fantonus inquiſitus fuit, quòd noctis tempore Ciprianæ Venetæ in eius domo exiſtenti duo uulnera intulerit, quorum alterum in facie erat cum cicatrice perpetuò remanſura, alterum uerò in humero, & poſtquam peccata ſua confeſſus fuit coram præsbitero Nicolao, à quo etiam abſolutionem in foro poli (ut aſſeritur) obtinuit, bis miſſam celebrauit exiſtente tunc delicto occulto: Inſuper inquiſitus etiam fuit quòd duas habuerit concubinas, quas prius defloraſſe per ſolã famam probatum fuit, & quòd nonnullas percuſsiones cum ſanguinis effuſione intulerit cuidam opilioni pratum ſuum damnificanti: ex quibus dictus præsbiter mulctatus fuit ad ſoluendum ſcuta centum præfatæ Ciprianæ, & ea ſoluere coactus, & omnibus ſuis priuatus beneficijs, & à diuinis per decennium ſuſpenſus, & adiœceſibus Aquilegenſi, Concordienſiq; perpetuò bannitus: inhabilisque factus ad beneficia ibi obtinenda; pendente modo nullitate, ſiue appellatione dictæ, ſententiæ coram domino Locumtenente in criminali R.P.D.Au.Ca.dubitatum fuit an dicta ſententia nulla pronuntiari debeat, aut iniqua, ſeu moderanda ueniat.

Chriſti, Glorioſiſsimæq; Virginis Mariæ eius genitricis no-
1 minibus inuocatis, conſiderataque loci, & temporis † ultimi perpetrati delicti, ex quibus delictum grauius fit. l. uulneris.ff. de iniur.§.atrox.inſti. eo. quæ leges licèt diſponere uideantur de loco, ut in theatro, uel foro, tamen illamet conſideratio haberi debet ad cognoſcendum crimen perpetratum in domo propria, ubi quis offenditur, utrum ſit atrocius. l.prætor ait.§. ſi mihi.ff.eod.l.aut facta.§.locus.ff. de pœn. Et ſimiliter diſ-
2 ponitur de tempore, & ibidem † habetur per Bar.in.§. tempus ubi conſiderat an fuerit dies, uel nox, quando delictum perpetratum fuit: quia delictum de nocte perpetratum acrius punitur, quàm illud quod de die fit, ut uoluit Marſi. in rubri. ad leg.cor.de ſicca num.10.& conſi.83.num.17.Et ex alia ratio-
3 ne dictum crimen † atrocius uidetur eſſe, quia multo magis illi pœna digni ſunt, quibus plurimum honoris debetur, quàm alij

l.præsbiteri

4 l.præsbiteri.C.de Epif.& cleri. Et ubi reiteratur † magis agrauat delictum ultimo commiſſum, & depoſitionem ab ordinibus in clerico, & ſacerdote inducit Feli.in c.at ſi clerici.§. de adulterijs.num.18.ff.de iudi.& ſic ex percuſſionibus prius illatis illi opilioni à dicto præsbitero aggrauātur uulnera ultimo illata præfatę Ciprianæ: & quòd ex delicti reiteratione pœna augeatur eſt tex.& ibi glo.in l.quicunque in uerbo.uel tertio. C.de ſer.fugi.ſequitur Grāma.in uoto.9.nu.27.& in uoto.17. nu.12.ubi ſubdit delinquentem non debere ſperare ueniam.
5 Et quòd magis urget, delictum † quòd non erat capitale, propter reiterationem capitale fit uſque ad mortis pœnam incluſiuè, ut ibi per eum num.13.& 15. Immo uidetur quòd ſtante eius confeſsione iudicialiter facta, appellari non poſsit, quia
6 ſpontanea † præſumitur ubi non conſtat metu tormentorum factam fuiſſe ut tormentis adhibitis, uel ipſo in torturę locum conducto, uel quòd ibi ligatus, aut ſpoliatus fuerit, neque præcedentibus minis de ipſum torquendo, iuxta tradita per Ange. in trac.male.in uerbo.quòd fama publica.in uerſi.poſtquam alius.num.110.& Marſi.conſi.8.num.15. Et quando confeſ-
7 ſio geminata reperitur † reuocari non poteſt erroris, uel falſitatis prętextu ut illemet affirmat in conſi.113.nu.6.uolum.2.
8 Et ubi quis crimen confeſſus fuit, † ſtatim condemnari debet, Marſi.in ſingu.201.in confeſſum, ubi plura congerit.& defenſiones eidem denegari poſſent ut uoluit Gramma.in uoto.24. num.16.&.17.& conſil.49.nume.16.&.17. Prædictis tamen non obſtantibus uidetur dicendum primo quòd dicta ſententia ſit nulla, ſeu annullanda ueniat, ſeu retractanda tanquam iniqua, uel ſaltem moderanda ſit, ut nimiū rigoroſa, licet enim
9 plerunque ſacerdotibus accidant quæ ſunt repræhendenda, tamen plus erga eos corrigendos agat beneuolentia, quam ſeueritas, plus coharctatio quam comminatio, plus charitas quam poteſtas, cum nemo noſtrum ſine repræhenſione, aut peccato uiuat, cap.licèt plerunque, & c.licèt nonnunquam.45.diſt. Et in primis opponitur contra proceſſum nulliter factum, quia teſtes examinati cōntra reum non citatum fuere, & ſpontanei
10 dicuntur † & non probant ut traditur ab Alberi.in trac.de teſti.in tertia.part.in princ.nume.14. uolum.primo, & Marſil. in tit.de quæſtio.num.7.& conſi.18.num.33. Neque reus cita
11 tus fuit ad uidendum eis † deferri iuramentum ut requiritur ſe

K cundum

12 cundum Lanfranc.de Oria.in c.quoniam contra † falsam in uerbo.testiũ.nu.13. Vnde criminalistæ solent receptis testibus pro informatione curiæ sine citatione rei; ne instruatur de fuga, reo comparente, uel capto, facere ei intimationem, si uult testes examinatos habere pro ritè, & rectè examinatis, & si consentit non amplius examinantur, si uerò recusat, eos repetet ipso citato ad dandum interrogatoria aliàs eorum depositiones essent nullæ secundum Francis. Bru. de indi. & tortu. uersi. quæro an testis. num. 8. & sic sententia erit nulla: prout etiam
13 nulla erit, quia cum inquisitio succedat in † locum libelli secundum Car Zaba. in clem. sæpe. §. 1. num. 5. uersi. secundo oppono. de uer. signi. Et in libello requiratur mensis, & annus l. libellorum. ff. de accusa. quæ est canonizata in c. fin. 2. q. 8. ideo in inquisitione pariformiter sunt necessarij. Et cum in ista inquisitione prædicta deficiant, nulla erit. ex alia causa erit etiã sen-
14 tentia † nulla; quia ut ex processu apparet, lata fuit sine partis citatione l. de unoquoque & ibi Marsi, num. 8. ff. de re. iudi. ubi plura congerit. Cardi. Zaba. in clem. 2. num. 2. eo. tit. Alex. in consi. 225. num. 1. uolum. 6. Deci. in consi. 603. nu. 2. & 12. & cons. 681. num. 20. uolum. 5. Et dato quòd ante sententiã intimatio quædam dicto præsbitero. facta fuisset, quæ citationis
15 uim habere uidetur, tamen hoc non obstante dicitur nulla, quia est incerta ratione loci, & hoc maximè procedit quando facta fuit de mandato iudicis Comissarij. qui non habet firmum, & certum locum secundum Marsi. in d. l. de unoquoque. nu. 140. Et erit etiam nulla, quia parte non instante (ut requisitur) promulgata fuit ut ibidem per eum nume. 113. Accedit etiam quia ubi sententia iuris, uel facti iniquitatem continet:
16 dicitur nulla. c. inter ceteras, & ibi † per Abba. nu. 6. de re iudi. sed ista facti errorem continet, dum dicit quæ omnia delicta per ipsum perpetrata: cum tamen non constet quòd Virgines deflorauerit. Et iuris errorem continet dum dicit. quòd propter uulnera in Ciprianam illata excommunicatus, & irregula-
17 ris effectus fuerit, nam de iure clericus non excommunicatur nisi sequuta irregularitate, ut habetur in clem. uni. in glo. prima, de homici. & per Abba. in cap. cum non ab homine. num. 28. uersi. secundus gradus. de iudi. Adducitur etiam quòd sen-
18 tentia à † iudice incompetenti lata est ipso iure nulla. not. glo. fin. in cle. ad compensandas. de sequestr. posses. & fruc. Paulus

Cas.

Caſ.in l.cum ſeruus.nu.7. & 8.ff.de condi.cau.da.& cum non conſtet de delegatione facta per Ampliſ.Patriarcham Aquilegienſem illi Liliano aſſerto iudici rigoroſiſsimo; ex defectu iu
19 riſdictionis erit nulla; & iudex ordinarius † illam exequi non debet niſi conſtet de delegatione.c.cum in iure.de offi.iudi. delega.Et dato etiam quòd prædictæ rationes ueræ non eſſent prout ſunt: nihilominus dicta ſententia iniqua erit, quia clericus nunquam excommunicatur niſi ſequuta incorrigibilitate
20 † ſecundum Abba.in c.cu non ab homine nu.28.uerſi.ſecundus gradus de iudi.& ad excommunicationem infligendam trina admonitio præcedere debeat ut poſsit ſe corrigere. per c.ſacro.& c.conſtitutionem.de ſenten.excom.& licet excom-
21 municatus celebrans beneficijs priuari debeat.c.† fraternitati.de cleri.excom.Iſtud tamen intelligitur ſi excommunicatus eſſet declaratus ab homine.ſecundum ſtafile.de ſignatura iuſti.cap.uerum quia num.4.Et eſt conſtitutio facta in concilio Baſilienſi, in qua cauetur quòd debeat declarari, ut habetur in prag.Sanctio.de excommu.non uitandis, & ibi per glo.in uerbo ſuſpenſionis. Et de iſta conſtitutione facit mentionem Deci.in c.à nobis.num.2.in fin.de exceptio.ſequendo eam, & Dida.Couarru.in c.alma mater in prima par.nu.7.de ſenten. exco.in 6.plura congerit ſuper dicta conſtitutione. Et quam-
22 uis irregularitas potiſsima ſit † cauſa, qua quis ſuis beneficijs priuari poſsit ut not.Abb.in c.niſi num.4. de renuntia.tamen ille præsbiter in nullam incidit irregularitatem,uel excommunicationem pp uulnera illata præfatæ Ciprianæ prout in ſua
23 ſententia præſupoſuit iudex.quia per † homicidium, & membri mutilationē,uel obtruncationē,& nō p ſolā ſanguinis effuſionē qs in irregularitatē incidit cle.ſi furioſus,& ibi gl.1. atq; Inno.not.de homici.Abb.in c.tua nos.§. adulterium nume.7. extra eo.Et Cardi.Zaba.in clem.ſi clericorum.de offi.ordi.di-
24 cit quòd ſola enormia delicta irregularitatem † inducunt, & quòd enormia ſunt ſacrilegium, falſum teſtimonium, & furtum. Et ut dicit Deci.in d.c.at ſi clerici.num.6.de iudi.leuia,
25 & grauia delicta quæ dicantur † iudicis arbitrio.relinquitur ſecundum Abba.in c.at ſi clerici.in prin.nume.34.de iudi.qui animi ſui motum informabit ex his quę uidētur imponere depoſitionis pœnam, procedendo de ſimilibus ad ſimila,iuxta l. de quibus.ff.de legi.Et non debet multum attendere ad cano-

nes antiquos,quia illi de facili depositionis pœnam impone-
26 bant. Neque ea de causa in † excommunicationem maiorem incidere potuit:cum propter leue crimen quis excommunicationem non incurrit: neque excommunicari debet.c.nullus. 11 q.3. Neque propter leue crimen quis priuatur beneficijs secundum Abba.in cap.conquerente.in primo.nota. in fin. de
27 resti.spolia.& leue † crimen,siue mediocre dicitur quod irregularitatem non inducit, & graue quod facit in eam incidere, per supradicta. Et præmissa confirmantur etiam ex deductis per Nico.Ploui.in trac.excommu.num.8.ubi quinquaginta ca
28 sus enumerat † ex quibus quis excommunicationem maiorem incurrit allegando glo.in c.eos qui, in uerbo canonis.de senten.exco.in 6.ubi alios.30. casus enumerat, & tamen nec ibi nec alibi reperio quòd clericus uulnerando laicum cum sanguinis effusione citra tamen homicidium,uel membri obtruncationem, aut mutilationem in excommunicationem incidat
29 maiorem. Et licet præfatus præsbiter in minorem incidisset: nihilominus celebrando non efficeretur irregularis c.fin.de cleri.excom.erit igitur in suis reintegrandus beneficijs:quibus
30 priuari non potuit, † nisi irregularitatem incidisset: in quam non incurritur nisi.in casibus in iure expressis c.is.cui.in prin. de senten.excom.in 6. Et qui allegat aliquem irregularem debet deducere tex.expressum in iure alius per subauditos intellectus Doctor non debet iudicare, ut per Parisi.in.consil.96. num.9.uolum.4. quia nullum crimen depositionem inducit: nisi specialiter à canone præcipiatur ut not.glo.in summa.in fin.15.q.8.& non obstante quòd in irregularitate procedatur de similibus ad similia secundum.Parisi.in citato cons.nu.33.
31 Tamen cum † iste celebrauerit tempore, quo delictum erat occultum, & irregularitatem non inducens. Ideo irregularitatem incurrere non potuit: & in delictis occultis irregularitatem non inducentibus superioris dispensatio non erit necessaria secundum Abb.in cap.fi.de tempo.ordi.Et dato quod iste præsbiter in irregularitatem incidisset:tamē cum sit de congre
32 gatione Sancti spiritus, & uigore † bullæ à pastore uniuersalis ecclesiæ dictæ congregationi concesse, cuilibet datur facultas eligendi confessorem à quo quis de quocunque delicto in foro poli absolui posit(ut mihi relatum fuit) & in specie à censuris,& irregularitate,& ipse præsbiter confessorem elegit coram

ram

ram quo peccata sua confessus fuit, & absolutionem obtinuit, ideo in foro poli tutus erit,& absque alia summi Pontificis dispensatione missam celebrare potuit per ea quæ in terminis tradidit Dida.Couarru.in c.alma mater.§.11.num.16.par.1. de senten.exco. Et quòd iste præsbiter peccata sua confessus fuerit, uidetur iuris præsumptionem habere in eius fauorem: quia in examine,in quo corá asserto iudice dicta crimina confessus fuit dixit quòd antequam celebrasset, peccata sua confessus fuit,& absolutionem obtinuit uigore dictæ bullæ.sequi-
33 tur ergo quòd ista delictorum confessio † recipi non possit sine illa qualitate cum qua profertur quando de delicto aliter non constat, quam per confessionem; Ideoque si quis confessus fuisset ad sui necessariam defensionem homicidium patrasse: & si aliter non probasset dictam qualitatem; tamen non pœna ordinaria, sed extraordinaria puniri posset, ut per Abba.& Feli.in.capit.auditis de præscrip. quos sequitur Marsi.in singu.185.in confessum, & in.§.secunda quæstio. nu. 14. Gramma.in uoto.2.num.3. Deci.& Cagno. in. l. nemo ex his. ff.de reg.iur.& ferraci.in caute.5. num.2. Et ultra confessionem factam de prædictis criminibus cum illa qualitate coram asserto iudice, eius quoque confessio sacramentalis articulata fuit ab ipso præsbitero Francisco, & quændam præsbiterum Nicolaum eius confessorem in testem nominauit, qui licèt citatus testimonium perhibere neglexerit; præsumitur tamen ab eius aduersarijs subornatus, & corruptus,ut ueritatem celaret: Accedant ad hoc nota.per Abba.in. c. primo num. 5. de testi. cogen.& in.c. super eo.num.4. eod. tit. ubi dicit quòd ex quo requisitus testimonium ferre noluit præsumitur partis aduer-
34 sæ timore se subtrahere, & eod. casu.pro producto † habetur, ut not.glo.in.c.cum causam. el primo in uerbo. compellas, & ibidem Abb.num.18.de testi.Feli.in.c. peruenit. el primo, de
35 testi.cogen. Et quamuis corruptio in † causa ciuili esse præsumatur, ut not.Abba.in d.c.primo, num.5.&.6.Idem tamen militare posset in causa merè criminali quando testes ad offensam examinarentur, tacereque ueritatem non esset peccatum; quando ueritas, aliter haberi posset, sed in casu isto totum est oppositum pro ut ex processus lectura apparet. Ideoque, his non obstantibus ista cōiectura fieri debet;ne iste præsbiter iniu stè ferat sentētiam tam grauem, & damnosam contra se latam.

Accedant. ad hoc nota. per Abba. in. cap. dilectorum. col. fin.de testi.cogen.ubi dicit maiorem esse fauorem, ut nocens
36 non puniatur † quàm innocens condemnetur: quia sanctius est Nocentem impunitum demittere, quàm innocentem condem
37 nare.l.absentem.ff.de pœn.Et ut Abbas in † citato loco dicit si testes compellantur quando agitur, ut reus puniatur, tanto magis quando reus certat, ut iniustè non condemnetur, & Ideo ille assertus iudex pro habenda ueritate cogere debebat illum, præsbiterum confessorem nominatum in testem ad peribendã ueritatem: & sic iudici, & non reo imputabitur si non fuit examinatus. Neque resistere uidetur quòd propter defloratarum
38 uirginum imputationem potuerit suis priuari † beneficijs, cum propter tale crimen præsbiter deponendus esset secũdum Pau. Ghirlan.de pœnis omnifariam coitus in.q. Septimo uidẽdum, & Io.Ber.Diaz.in sua practi.cano.crimin.de stupro. num.77. ✣ atestantes hanc esse * communem opi. quia istud crimen nisi per famam probatum fuit, quæ non est potens ad condemnan-
39 dum aliquem, ut infra dicam. Et pro simplici † fornicatione, præsbiteri, à diuinis tantum suspenduntur, ut per Girlan. in citato loco in.q.nono quæro.num.3.&.q.15. num. 4. & à qua continuata fornicatione si post primam, uel secundam admonitionem nõ abstinent deponi possunt: quæ depositio pro graui, & non pro qualibet culpa infligitur, ut dicit glo.in.c.inuen
40 tum, est.16.q.7.& est perpetua ab † alteris ministerio remotio, ut dicit Abba.in.d.c.at si clerici.in prin.num.7. de iudi.& ibidem Deci.Et ex cõsequenti depositio est beneficiorum priuatio secundum Abba.in.ca. inquisitionis. in prin. num.6. de accusa.sed iste præsbiter nunquam admonitus fuit quòd appareat ergo &c.Et eo magis ista in contrarium deducta non procedunt qa (ut dixi) iste præsbiter in suo cõstituto negauit uirgines fuisse, nec cõtrarium fuit probatum, nisi per testes de fama deponentes, quorum depositiones ad condemnandum aliquẽ
41 non sufficiunt: cum fama de per se non † probet, sed coadiuuat ut per Bar.in.l.testium.§.eius quoque. ff. de testi. & maximè in
42 criminalibus, ubi probationes debent esse † luce meridiana clariores.l.sciant cuncti C.de proba.& Bar.in.l. de minore. §. si plurium. uersi.ultimo quæro.ff.de quæstio. Immò fama de
43 per se sola indicium † ad torturam non facit secundum Feli. in c.cum oporteat.num.7. uersi. & prædicta. de accusa. & Marsi. in sua

in sua practi.cri. §. diligenter. numero. 18. & in singu. 97.
44 Et licet fama probata † uni testi. æquipoleat, ut traditur, à Io. Mona.in.c.filij, uel hæredes num.2.de hæreti.in. 6. tamen ibi per Prob. num. 14. intelligitur quando probaretur, à quibus personis originem habuisset:& isti testes à quibus audierint nihil dicunt. Et præsuposito quòd uirgines deflorauisse probatum fuisset: tamen quia de quo tempore eas deflorauit non cõstat: & potuit esse quòd antequam clericali caractere initiatus esset istud crimen perpetrauerit: & ideo ei non noceret per ea quæ notat.glo.in.c.fi.in uerbo.existit.iuncto tex.de purga.ca-
45 no.ubi habetur quòd quando † purgatio Archiepiscopo indicitur debet se purgare de criminibus imputatis postquam Archiepiscopus effectus fuit: & sic super alijs,nec inquisitio, nec testium receptio fieri debet:& si fieret non ualeret:& ideo mirum non erit si ea de causa priuari non meretur sicuti.in simi-
46 li consuluit Bart.in consi.113.incipiente; processum † ubi habetur quòd quamuis probaretur Titium coguouisse Bertam Gaij uxorem, nihilominus per hoc adulterium non probaretur: nisi probatum fuisset, quòd tempore quo Titius Bertam cognouit, tunc esset Gaij uxor.per l.si uxor non fuerit in prin.
47 §.1.& 2.ff.de adulte.Idemque dixit de actione † rerum amotarum, quæ datur contra illam quæ uxor fuit, nam ante omnia probandum erit uxorem fuisse. prout etiam consuluit Roma.
48 in consi.167.in prin.Neque notoriæ fornicationis † causa beneficijs priuari potuit: cum non fuerit sufficienter probatum fuisse notorium concubinarium, & eo tempore diuina celebrasse: prout requirebatur per ea quæ traduntur à Bart.& Rom. in citatis consilijs. Et dato quòd probatum fuisset.esse notorium concubinarium, & ex consequenti suspensum secundum nota.per Abba.in c.1.nume.4. & 5. de cleri.peregri.& glo.in
49 uerb.inhabiles † in prac.sanctio.de concubina. Et suspensus celebrando iregularitatem incurrat, ut not.Abb.in cap.si quis præsbiterum.nume.4. de cleri.excom.& præposi.medio.in c. præter hoc.32.dist.non tamem ea obstare habent quia procedunt in suspenso à canone per modum sententiæ,qui celebrando in irregularitatem incideret secus si enuntiatiuè aliquis suspensus esset prout est notorius concubinarius tunc enim celebrando irregularitatem non incurrit ut traditur à Nico.Pluui. in trac.irregulari.regu.41. nume.27.& Philip.Franc.in c.1.§.

 fin.

fin. num. 6. de senten. excom. in 6. facit etiam tex. in cap. fin. de cohabi. cleri. & mulie. prædicta quoque comprobantur ob absolutionem in foro conscientiæ obtentam à dictis criminibus uigore dictæ bullæ Sancti spiritus. Et ideo celebrando nullam potuit irregularitatem incurrere. Minusque potuit suis priuari beneficijs ob percussiones in illum opilionem illatas, quia priuationis beneficiorum pœna non imponitur nisi à iure imposita reperiatur arg. glo. in c. fin. in uerbo exui. in fi. de iur. patro. cum nec ea de causa in irregularitatem, uel censuras incidere potuit ex superius deductis. Vel ista priuationis pœna ne-
51 mini † infligitur nisi lege caueatur secundum glo. fi. in fin. in c. in summa. 15. q. ultima. quam sequitur Abb. in c. conquerente in primo nota. de resti. spo. & in c. at si clerici in prin. nu. 34. de iudi. & Deci. in c. 2. nu. 5. de rescrip. sed in casibus istis, uel similibus expressum non reperitur, quòd talis pœna imponi debeat, ergo iniquè imposita fuit. Et præfatus præsbiter nimium grauatus fuit in condemnationem centum scutorum, quæ etiam soluere coactus fuit supradictæ Ciprianæ uulneratę
52 cui soluere tantum debebat mercedem † per ipsam medico præstitam, & impendia circa eius curaitonem facta, atque operas quibus ipsa caruit iuxta l. fi. ff. de his qui deiece. uel. effu. Neque aduersatur depositio. Io. Stefani barbitonsoris attestantis in facie dictæ Ciprianæ cicatricem perpetuò remansuram
53 esse, quia eius depositio nihil obstat † præfato presbitero, cum non sit seruata forma circa eius attestationem scribendam, quę traditur à Bar. in l. Semel. C. de re mili. lib. 12. ubi inquit medici depositionem nihil operari, nisi prius præcedat diligens iudicis inquisitio, & iudex cautus sit eam facere in actis registrari uidelicet, quòd diligenter examinauit utrum ex uulnere cicatrix esset remansura, & ipso diligenter examinato taliter re-
54 tulit medicus. Et præsupposito quòd in eius † facie cicatrix remansura esset, & cicatricis, ac deformitatis nulla sit æstimatio, ut habetur in d. l. fin. in fi. & l. ex hac. ff. si quadrup. pau. feci. dicta. ista tamen procedunt in homine deturpato cicatrice: non autem in muliere, quia tunc fit æstimatio secundum Alberi. in d. l. ex hac. & ideo iste præsbiter condenari debuit ad soluendum dictæ Ciprianæ illud quod fuerat æstimatum ob cicatricem in facie remansuram, & non in pœnam centum scutorum
55 Considerata etiam qualitate dictæ mulieris impudicæ: quæ omnino

omnino consideranda uenit.d.§.atrox.insti.de iniur.non potuit ipse præsbiter in tanta pecuniarum summa condemnari, licèt ipsa iniuriarum actionem intentauerit: aliæ uerò grauissimę pœnæ de quibus in sententia sunt etiam mitigandæ. quia Abba.in.d.c.at.si clerici.in prin.de iudi. dicit notabiliter iudi-
56 cem consideratis † circunstantijs, & scandalo ex delicto sugerente, & consuetudine patriæ posse aliquando depositionis, uel suspensionis pœnam apponere, & quandoque priuationis beneficiorum, tamen in mitiorem partem inclinare debet.
Eoque magis in fornicationis crimine quia secundum relata
57 per Grego.in.c. quia sanctitas tua in fin. l. dist. sine † uitio incontinentiæ pauci reperiuntur: idem not.glo.in.d.c. fi. in uerbo.à natiuitate.de purga.cano.subdens rigorem.c.fin.25.dist. hodie non seruati, quia defectus nostri corporis distinctionis illius censuram non patitur manere. Et ut inquit Abb.in prope citato loco, melius est argui de misericordia quàm de seueritate, & secundum glo. in. c. si quis dederit.in uerbo. huma-
58 nius.24.q.prima sententia quæ maiori nititur † pietate cæteris præponitur, & est potior: sed iste rigorosissimus iudex totum seruauit oppositum, nec sequutus fuit ea quæ habentur in. l.si quenquam.in fin.C. de Epis.& cleri. &. l. quique. in fin. C.de
59 hæreti.ubi dicitur quòd pœna debet esse delicto † proportionata.uel æqualex qualē delictū exigere pœnam, pro ut etiā habetur in authen.de manda.princi.§.titulos,& in authen.ut fratrum filij.§.fi.col.5.&.l.illud.ff.ad leg.aqui. Ideoque dicta sententia ob infinitas nullitates in ea existentes declarari debet nulla,non obstante geminata confessione in iudicio per ipsum
60 præsbiterum facta: quia † cum iurisdictionis, & citationis defectus adsit, & super inordinato processu promulgata fuerit: ei nocere non debet secundum Marsi.in sua practi.§. postquam, num.13.&in.d.singu.201.in confessum. Vel ut iniqua,& in iusta in omnibus meritò retractanda uenit seu saltem modificari
61 debet; consideratis quæ iudex considerare † debet in iudicando: & quæ habentur in.c.sicut dignum.de homici.&.l. aut facta.ff.de pœn. quibus consideratis prædicta cessabunt omnia
62 in contrarium deducta. Et eo maximè † erunt pensitanda ne iste præsbiter pauper in ordinis clericalis uilipendium mendicare aut ad aliqua sordida officia se aplicare cogatur iuxta tex. in.c.diaconi.§.nunc autem 90.dist.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum priuatio non imponitur nisi, à iure imposita reperiatur.*
2 *Clericus pro furto homicidio, vel periurio deponendus venit.*
3 *Clericus non conuictus de crimine sed suspectus torqueri poterit.*
4 *Depositio est perpetua remotio, ab altaris ministerio.*
5 *Beneficium, vel ecclesiam tenere non debet qui non potest ministrare.*
6 *Beneficium ordinis administrationem requirit.*
7 *Beneficiatus si velit debitum officium exequi tenetur residere.*
8 *Depositio est beneficij priuatio.*
9 *Clericus beneficio non priuatur neque deponitur nisi ex graui crimine.*
10 *Furtum est graue crimen.*
11 *Furtum est grauius delictum homicidio.*
12 *Delictum maius arguitur ex maioritate pœnæ.*
13 *Delictum maius dicitur quod in iniuriã diuinæ maiestatis infertur.*
14 *Homicida, & fur beneficio priuantur.*
15 *Furti pœna ordinaria est depositio, & beneficiorum priuatio.*
16 *Pœna mortis in casibus in quibus de iure ciuili laicis infligitur eadem pœna, & clericis imponi debet.*
17 *Furibus laicis furcarum pœna imponitur.*

QVAESTIO. XIX.



VESITVM fuit utrum clericus ex causa furtiua beneficio priuari posſit, & omnipotentis Dei ac Beatæ Virginis Mariæ, & beatorũ Hieronymi, ex honorij inuocato præsidio, uidetur dicendum priuari non posse: quia
1 priuationis beneficiorum † pœna ab Episcopo non imponitur nisi, à iure imposita reperiatur, ut dicit glo. fi. in fi. 15. q. ultima in summa. quam sequitur Abba. in. c. conquerente. in primo not. de resti. spo. & in. c. at si clerici. in prin. nu. 34. de iudi. ubi illa glo. dicit nullum crimen depositionem inducere nisi specialiter, à canone exprimatur. Neque pœna imponitur nisi exprimatur quòd imponenda sit. ut not. glo. in c. fi. in

c.fi.in uerbo.& sexto.nota.in fin.de iur. patro.idem dicit Deci.in.c.2.num.5.de rescrip. sed in iure expressum non uidetur quòd pro furto quis priuari debeat beneficio, ideo priuandus non erit. Quibus tamen non obstantibus contrarium arbitror sustineri posse per tex.in.c.præsbiter 81.Dist.&.c.cum non ab
2 homine. de iudi.ubi † clericus depræhensus, & legitimè conuictus de furto, homicidio, uel periurio deponendus erit, pro ut etiam dicit Abb.in.c.tuæ discretionis. num. 3. de pœn.& si
3 non esset conuictus, sed suspectus, torqueri † posset secundum glo.in.c.primo in uerbo.quæstionibus. de deposi. Et deposi-
4 tio est perpetua remotio ab altaris † ministerio, ut per Abb. in
5 d.c.at si clerici.in prin.num.7.& ibi Deci.num. 5. & qui † non
6 potest ministrare non debet ecclesiam † tenere. c. ex literis. in fi.de exces. præla. & quia beneficium ordinis administrationē requirit secundum Abba.in.c.extirpandæ.§.qui uerò.num.53.
7 de præben.Et quilibet beneficiatus si uelit † debitum officium exequi in suo beneficio residere tenetur nam quodlibet beneficium residentiam exigit.c.quia non nulli.de cleri. non resi.c. fi.&.c.præterea.de præbē. & per philip.Prob.in rubri.de cleri. egro.in.6.& ideo depositus ex consequenti beneficio priuatus
8 erit: quia depositio † est beneficij priuatio, ut inquit Abba. in c.inquisitionis. in prin.num.6.de accusa. Et quamuis tex.in.c. inuocatum.16.q.7.& Abba.in.d.c.conquerente.num. 2. & in
9 d.c.at si clerici.in prin. nu. 34. dicat clericum † beneficio priuari non posse, neque deponi nisi ex graui crimine, tamen quia furtum est graue crimen (ut supra dixi) & nota. Abba. in.d.c.tuæ discretionis.num. 3. ideo clericus beneficio priuari
10 debet. Et quòd † furtum sit de grauioribus delictis idem Abb. uoluit in. cap. cum contingat. numero 22.de for. compe.
11 Accedant nota.per Deci.in d.c. at si † clerici. in prin. num.6. ubi dicit furtum esse grauius delictum homicidio, quia pro eo
12 furcarum pœna imponitur, quæ est † maior pœna quàm capi-
13 tis, quæ homicidiæ imponitur. Et ex maioritate † pœnæ maius delictum arguitur, ut habetur in glo.fin.in. c. meliore. 27. q.prima, & per Bar.in.l. leuia. in prin. ff. de accusa. Et maius etiam delictum dicitur, quod in iniuriam diuinæ maiestatis infertur.l.manicheos.C.de hæreti.& per Bar.in consi.217.ad de-
14 clarationem, cum ergo homicida † beneficio priuetur.c.inquisitionis.in prin. de accusa. ergò, & fur eo priuari debet.

Et ad

Et ad hoc faciunt etiam not. per glo. in. d. c. at si clerici. in prin. in uerbo. non tenet. in fin. de iudi. ubi habetur quòd si clericus laicum coram iudice laico conuenerat, & laicus clericum coram illo met iudice reconuenerat de furto ciuiliter agendo, & clericus condemnatus fuerat quæritur modo ibi an Episcopus illius clerici pro tali sententia, uel confessione, ex qua uidetur infamis condemnabit illum uidelicet quod talis sit infamatus, uel illum deponet, aut beneficio priuabit: & ibi dicitur quòd non nisi aliud contra ipsum probaretur, nec etiam priuari debet, quia non dum fuit actum ad hoc, & sic pœna ibi imponi non debet: quia iuxta iudicij formam sententia formanda erit,
15 ecce ergo, quòd pœna ordinaria pro † furto est depositio, & beneficiorum priuatio aliter frusta quæreretur: an in illo casu talis pœna imponi posset.

Nec refragari uidetur quòd pœna non imponatur nisi, à iure imposita reperiatur: sed beneficij priuatio ex causa furtiua expressè nõ uidetur imposita ergo &c. quia respondetur ex mente Anchara. in conf. 158. ex naratis in facto. num. 9. quòd æquiparatio, quam faciunt Inno. & alij Docto. est bona, ut in ca-
16 sibus in quibus † de iure ciuili mortis pęna laycis infligitur eadem pœna, & clericis infligatur prius tamen à suis ordinibus
17 degradatis: † sed laycis pro furto furcarum pœna imponitur, quæ est maior quam capitis, ut dicit Deci. in citato c. at si clerici in prin. num. 6. & pro homicidio beneficiorum priuatio imponitur, ut in d. c. inquisitionis. in prin. de accusa. ergo, & pro furto eadem pœna imponi debet.


SVMMARIVM.

1 *Nouatio nunquam præsumitur nisi expresse sit conuentum inter partes: vel nisi in secunda obligatione plus contineatur quam in prima.*
2 *Nouatio si per coniecturas apparet dicitur fieri expresse.*
3 *Bona ecclesiastica ad modicum tempus locari debent.*
4 *Remedium canonis reintegranda datur minori, & Ecclesia qui sua culpa à possessione cecidit.*
5 *Consuetudo quando aliquem excusat.*
6 *Ecclesiastica rei alienatio facta forma non seruata est nulla.*
7 *Exequutores in signo euidenti deputati sunt veri iudices.*

8 Forma

8 *Forma est quæ dat esse rei.*
9 *Forma non seruata quicquid factum fuit non valet.*
10 *Citatio fieri debet in quocunque actu præiudici ali.*
11 *Citationis defectus est iuris naturalis defectus.*
12 *Papa procedere non potest parte non citata.*
13 *Sententia principis regulariter non valet sine partis citatione.*
14 *Sententia lata parte non petente est nulla.*
15 *Sententia referens se ad testes parte non citata examinatos redditur nulla.*
16 *Paria sunt non esse iudicatum, vel naturaliter iudicatum.*
17 *Iudex cominari debet contra citatos in citatione fienda quòd contra eos procedet ipsis amplius non citatis, & tunc existestibus contumacibus ad vlteriora procedere poterit.*
18 *Citatio prima dedet fieri generalis ad totam causam, ut citati compareant singulis diebus ad omnes actus vsque ad sentiam.*
19 *Ecclesiasticæ rei alienatio facta in maximum præiudicium ecclesiæ reuocari debet non obstante iuramento super ea interposito.*
20 *Actor licet sequi debeat rei forum, tamen super rebus Ecclesiasticis poterit conuenire reum laicum Coram Iudice Ecclesiastico.*
21 *Cautela ad faciendum comparere aliquem coram iudice actoris.*

QVAESTIO. XX.



X dubijs excitatis super locatione facta ad 29. annos ab Illustrissimo, & Amplissimo D. Meo Cardinale Cornelio tunc in minoribus existente qui, ut preceptor magnus Insulæ Cipri locauit bona suæ preceptoriæ D. Eugenio Liero. quoad primum uidetur dici posse per secũdam locationem prima locatio ad septenium.
1 facta sublata sit, quia licèt nouatio † nunquam præsumatur nisi inter partes expressè fuerit conuentum l. j. ff. de nouatio l. fi. & ibi glo. Bar. Bal. Saly. C. eo. Alex. in consil. 10. & 13. uolum. Deci. in consi. 67. in casu proposito. colum. 2. & Soci. in consi. 89. dubium est. colum. 3. in fin. uersic. præterea, uolum. 1. ubi
* attestatur hanc esse communem* opinionem. Nihilominus quando in secunda obligatione plus continetur, quam in prima tunc tacitè nouatum uidetur, & prima obligatio. tollitur l. ij. & ibi glo. fin. ff. eo. & habetur in l. qui usunfructum, & ibi Bar.

2 Bar.in prin.ff.de uerb.oblig.† quinimo etiam si per coniecturas appareret; diceretur, expresse fieri nouatio secundum Afflic.in deci.44.uum.5.& deducit Ange.in §.si uerò expressim. in Authe.de hæredi.& Fal.Quo ad secundum dubium, uidetur dicen.dictam locationem ad 29 annos non ualere ex quo sedis apostolicæ beneplacitum obtemptum non fuit cum bona ec-
3 clesiastica nisi ad † modicum tempus locari possunt clem.1.§. fin.de rebus eccl.non Alien.Sed ista locatio non ad modicum sed a lõgissimum tẽpus facta fuit ergo &c.Et in terminis quæstionis nostræ reperitur in extrauagan.constitutio pauli Papæ. II.cõfirmata à Paulo.IIII.pridie Idus Iunij.1555.ponti.sui anno primo in qua expresse rescindit,& annullat bona Ecclesiastica alienata per locationes ultrà trieniũ factas in cõsulto Romano Pontifice, & contra illius constitutionis tenorem additis alijs pœnis de quibus ibi. Ex ijs igitur manifestè apparet: quòd D. Eugenius uideatur intrusus cum absque titulo dicta bona Eccclesiastica detinere reperiatur, & con.eum intentari posset remedium cano.reintegranda.3.q.1.quod est multum fauorabile & secundum Alex in conf.92.perspectis ijs colum. 4.uersi.constat.uolum.1. sicut dictum remedium minori da-
4 tur etiam quòd culpa † sua à possessione ceciderit,ita dari poterit magno præceptori,siue eius Ecclesiæ licet culpa sua ceciderit,cum ecclesia, & minor ad inuicem æquiparentur c.1.& c.auditis.de rest.in integ.& l.respublica.C. ex quibus causis maior, & latè Per Afflic.in deci.390. Nec uidetur in contrarium deduci posse quòd in regno Cipri extet consuetudo, per
5 quam derogatum sit † constitutioni Pauli.II.quia licèt consuetudo publica omnium consensu inducta, & longo tempore obseruata excuset dummodo contra ius diuinum non sit,aut naturale: tamen non procedit quando per Principem aut l. abolita fuit secundum Tiraquel.de pœn.in causa 42.num.15. & prout à Paulo IIII.abolita fuit,& decreta altera constitutio confirmatoria dictę constitutionis Pauli.II.Et in qua annullauit omnia bona ecclesiastica locata ultra triennium, & alienata non seruata ea forma.Et in ecclesiarum damnum,& cum si-
6 mus in casu indubitabili super eo insistẽdum non † erit. Et maximè quia rei Ecclesiasticæ alienatio forma non seruata erit nulla secundum Car.in d.cle.1.§.fin.de reb.ecclesi.non alien.
7 Deueniendo modo ad † tertium dubium erit aduertendum

quod

quòd isti Domini executores in signo euidenti deputati cum clausula uocatis uocandis.sunt ueri iudices, ut dicit Feli.in c.de cærero.num.10.uersi.quid clausula de re iudi.& latè congerit Gomesi.in c.statutum.nu.75.de rescrip.in 6.& iudiciorum ordinem seruare debent secundum deci.in consi.173.de
8 hac.Vnde eorum sententia erit nulla,& totus processus nullus, ut ex pluribus apparebit. Et primo, quia forma † est quæ dat esse rei l.Iulianus.§.sed, & si quis.ff.ad exhib.& ideo ea quæ requiruntur ante factum, uel in ipso facto sunt de forma: & nisi interueniant ipso iure non ualent secundum Bal.in l.j.in uers. extra quæro quid si unum statutum dicit.C.ne liceat ter pro-
9 uoca.Et gesta à Pontificis † executoribus forma non seruata minime ualent.c.cum dilecta.§. dictum insuper.de rescrip.& ibi Feli.in uersi.primum signum.nu.6.dicit semper illud,quod fit extra ordinem datum à Principe; esse ipso iure nullum: & deducit Bal.in l.prolatam.uersi.& nota.quòd Princeps.C. de senten.sed in signo euidenti dominis commissarijs mandatur, ut uocatis conuentu,& alijs qui uocandi fuerint procedát &c. Vnde cum nec pro parte conuentus, nec prælibati.D.præceptoris quisque uocatus fuerit in articulorum, & testium productione;nec in eorum iuramenti delatione; processus erit nul
10 lus, & maximè cum in quocunque actu † præiudiciali pars ci-
11 tari debeat.l.nam ita † diuus.ff.de adop.& l.de unoquoque.ff. de re iudic.Et defectus citationis est defectus iuris naturalis. cle.pastoralis.de re iudi.Vnde secundum Hypol.de Marsi.in d.l.de uno quoque.num.10.Papa parte non citata procedere
12 non † posset l.fin.& not.glo.ibi.C.de legi.sequitur Alexan.in consi.87.uisis codicillis in secunda carta colum.fin.uolum.2. & quod est fortius si de plenitudine potestatis procedere uellet,nisi aliqua iusta causa concureret non posset, ut ibi per eum & allegat Abba.in c.1.colum.2.de causa possess.& proprieta. & per plura alia quæ ibi congerit, & in num.15. Et ad prædicta faciunt deducta à Rober.Maran.in suo auro spec.aduoc.in
13 uersi.præpositi.in princi.septimæ, par.numero decimo, ubi dicit quòd regulariter sententia principis sine partis citatione non ualet: ex quo non potest tollere quæ sunt iuris naturalis per tex.glo.& Bald.in dicta lege fin.C.de legi.
14 Et similiter sentētia uideť esse nulla,ex † eo quia parte nō petente promulgata fuit per ea quæ uoluit marsi. in citato loco num.

num.113.&.114.sicuti etiam uidetur esse nulla quia sine partis citatione pronunciata fuit.d.l.de unoquoque, Et licèt clausula supplentes omnes, & quocunque defectus existat in isto signo euidenti tamen suplere non potest defectum citationis ad sententiam, ut uult Marsi.in præalegato loco nume. 111. Et redditur quoque nulla, quia se refert ad testes parte non cita-
15 ta examinatos. Vnde succedit communis † conclusio quòd quotiescunque in processu non adsunt nisi testes parte non ci-
16 tata examinati prout hic sententia † redditur nulla secundum Aflic.in decis.43.num.3.quia idem est non facere, uel aliquid facere non tamen debito modo, & paria sunt non esse iudicatum, uel nulliter iudicatum. l. 3. §. iudicatum.ff. de re.iudic. & per Aflic.in decis.182.num.4. Nec obstat si diceretur quòd isti domini Commissarij in prima citatione, quam fieri mandauerint conuentui fratribus, & alijs interesse prætendentibus comminati fuerint, si in illa citatione contumaces existerēt, facerent quod iustum esset, siue comparentibus, siue nō, contu-
17 macijs non obstantibus, quia necessarium † erat comminari quòd contra citatos de eorum mandato procederetur ipsis amplius non citatis, & tunc existentibus contumacibus ad ulteriora procedere potuissent, per ea quæ latè deducit Marsi. in citato loco num. 111. Seu secundum Rober. Maran.in præalle-
18 gato loco citatio prima, fieri debuerat † generalis ad totam causam, ut citati compareant singulis diebus, & horis ad omnes actus usque ad sententiam: quia si talis citatio fieret illis qui in longinquiss.partibus commorarētur ualeret secundum communem: & ut ipse refert Paul.Cast.in consi.81.col.4.uol. 2.est istius sententiæ quòd in hoc casu quando procederetur ad alios actus: talis citationis uigore, aliæ citationes per ædictum fieri deberent. Et dato etiam, quòd processus ligitimè factus fuisset, & sententia seruatis seruādis pronunciata fuisset, Nihilominus prælibatus D. Cardinalis cogi nō posset ad concedendum perpetuò in emptitosim bona ecclesiastica præfato D. Eugenio, quia non in euidentem utilitatem ecclesiæ, sed in eius maximum damnum concessio redundaret, cum per antea bona locata fuissent maiori præcio, quàm pronuuciatum fuit, à dominis Commissarijs, nec hodie sunt in usu ea quæ disponuntur in authen.præterea.C.de sac.sanc.Eccle.uidelicet quòd sexta pars deduci debeat propter sterelitatē. prout declarat Alex.

in

19 in consi.79.uol.1. dicens hodie contractus sustineri † debent de consuetudine, Quare stante maxima lesione Ecclesiæ D. Cardinalis contrauenire poterit non obstante etiam quòd iuramentum super contractu interpositum fuisset.per ea quæ deducit Laur.Calca.cōciuis meus in consi. 125.in causa R.D.Ab batis.num.5. ubi dicit quòd quando locationis contractus maximam monasterij lesionem continet ipse contrahens contrauenire poterit etiam quòd iurasset. c. intellecto de iure. iuran. Quo uerò ad ultimam dubitationem uidetur cōcludi pos-
20 se quòd licèt actor rei forum sequi † debeat.c. cum sit generale. de foro compe.tamen quando clericus uult pro bonis ecclesiasticis recuperandis laicum conuenire uidetur quòd eum conuenire possit coram iudice ecclesiastico: si rectè pōderetur tex. in.c.si clericus laicum.eod.titu.ubi dicitur quòd si clericus laicum de rebus suis, uel ecclesiæ conuenire uoluerit: & laicus res ipsas non esse ecclesiæ, aut clerici, sed suas proprias asserat. de rigore iuris ad forensem iudicem conueniri debet; ergo si laicus negare non poterit res ecclesiasticas esse, prout de his notoriè constat, erit conueniendus coram iudice ecclesiastico: & similiter uidetur innuere Abbas. in summario dicti tex. & ibi etiam in primo, nota.dum dicit nota unum casum, in quo laicus corā Iudice ecclesiastico cōueniri potest. scilicet quādo agitur.de re ecclesiæ, uel clerici.& ea ratione quia ex mala detentione, quæ in dubio præsumitur, ex quo res est ecclesiæ: & idem uidetur tenere Inno. ibi, & quòd bona clericorum gaudeant clericorum priuilegio, quia sequuntur personam declaratur in deci. Delphi. 1057. num. 2. Et per Feli. in.c. Ecclesiæ Santæ.Mariæ. num. 7. de consti ubi dicitur quòd bona patrimonialia clericorum gaudent priuilegio cum bonis Ecclesiæ, & tanto magis quando ageretur super spolio, ut ipse dicit, quē refert, & sequitur lap.in alleg.59.num.5.in uersi.item dicit Inno.Vel etiam traditur cautela, à Soci.in reg.actor, regulariter in fi.quam sequi uidetur Aflic.in deci.24.num.7. &.8. licèt de eo ibi mentionem non fecerit, sed in tracta.suo de citationibus arti.5.uersi.13.ubi nunquam actor, eius forum sequitur; uide-
21 licet si ille, qui uult agere compareat, & Iudici † dicat ego sum acturus ad talem rem. &c.uos facietis fieri proclama, ut omnes qui sua interesse, putent compareant, nam hoc casu, qui putauerit sua interesse si comparuerit etiam si fuerit cleri-
L cus,

eius, uel, e contra respondere tenebitur in foro actoris: nec obstaret si diceretur actori, tu debes sequi forum rei: quoniam, ille replicabit ego nō te facio reum, sed si putas aliquid tua interesse in hac mea lite defende te coram meo iudice nā ex hoc te reum non facio, & non debes, nec potes me compellere, quia forum tuum ego prosequi nō teneor; & sic ad instantiam Amplissimi D. Clarissimi tale proclama fieri poterit ab Episcopo Nicosiæ, siue eius Vicario, & habebit intentum suum cum ex prædictis ei non licuerit dicta bona alienare in damnum Ecclesiæ, & forma non seruata in signo euidenti.

SVMMARIVM.

1 *Canonis reintegrandæ remedium datur etiam Laicis.*
2 *Extensio de vno casu ad alium casum fit quando sumus extra materiam correctoriam, uel exorbitantem.*
3 *Extensio in correctorijs, & exorbitantibus fit fauore animarum.*
4 *Lex canonica ratione peccati corrigendi emanans seruanda erit in foro ciuili.*
5 *Remedium canonis reintegranda laicis competit secundum communem opinionem.*
6 *Reo conuento de mala fide authoris sui constat.*
7 *Canonis reintegrandæ remedium competit ciuiliter tantum, vel naturaliter possidentibus.*
8 *Querela spolij habens clausulam generalem ius, & iustitiam ministrari, & cooperatur, vt remedium cano. reintegrandæ deductum videatur.*
9 *Clausula generalis deducendo omne ius suum eis magis competens operatur omnia remedia includi.*
10 *Conclusio querelæ demonstrat remedium quod intentatur.*
11 *Actionis intentatæ qualitas demonstratur ex modo concludendi.*
12 *Spoliatus quid probare debet.*
13 *Vsufructuarius naturaliter possidet.*
14 *Præscriptio currit spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes.*
15 *Spoliatus in primis, & ante omnia restitui debet.*
16 *Canonis reintegrandæ remedium datur, contra quemlibet possessorem, etiam non vitiosum.*


17 Canonis

17 *Canonis reintegranda remedium datur etiam contra posſidentem bona fide, & tit. oneroſo.*
18 *Exceptio dominij, vel tituli non datur contra agentē remedio reintegranda.*
19 *Spoliatus vtitur remedio reintegranda ſiue per vim, ſiue quamcunque aliam cauſam à poſſeſsione ceciderit.*
20 *Minori ſuffragatur etiam ſi culpa ſua à poſſeſsione ceciderit.*
21 *Exceptionem dominij reus allegans non eſt audiendus etiam quòd incontinenti paratus ſit docere.*
22 *Articulus continens quòd reus poſſedit clam reſpectu poſs. agentis tollit plura obiecta.*
23 *Spoliatio, & poſſeſsio licèt probari debeat tamen ſi probatur actorem poſſediſſe, & nunc reum poſsidere ſufficit.*
24 *Spoliatione probata per vnum teſtem videtur poſſe deferri iuramentum ſpoliato in ſupplementum.*
25 *Probatio ſemiplena ſecundum magis cōem opinionem non ſufficit in poſſeſsione probanda.*
26 *Exceptio aliqua contra teſtes obijci non poteſt examinatos ad inſtantiam agentis remedio reintegranda.*
27 *Locationum inſtrumentum contiunata poſſeſsione probat poſſeſsionem.*
28 *Poſſeſsio defuncti non tranſit in hæredes, ſed eſt neceſſaria noua apprehenſio.*
29 *Poſſeſsio defuncti non tranſit in hæredes etiam ſuos ſecundum communem opinionem.*
30 *Cano. reintegranda datur hæredibus, & ſingulari ſucceſſori, & cedi poteſt.*
31 *Poſſeſsio ciuilis pœnes defunctum exiſtens per conſtitutum in hæredes tranſit.*
32 *Spolians tenetur ad fructus præceptos à tempore ſpoliationis vſque ad tempus quo lis conteſtata fuit ſuper poſſeſſorio.*
33 *Spoliatus debet ſtare tanto tempore in pacifica poſſeſsione antequam conueniatur, quantum ſtetit ſpolians.*
34 *Vſufructuarius non poſsidet ſibi, ſed domino.*
35 *Vſufructuaria omnium bonorum relicta à marito ſtantibus filijs debet habere victum, & veſtitum.*
36 *Poſsidere is dicitur cuius nomine poſsidetur.*
37 *Præſcriptionem allegans videtur allegare dominium.*
38 *Præſcribitur remedio reintegranda ſpatio 30. annorum.*

39 *Testes deponentes de possessione, & tit. proferuntur testibus deponentibus de possessione tantum.*

40 *Appellatio de iure ciuili non datur à sententia lata in possessorio, sicut etiam in statu ecclesiastico prohibetur vigore constitutionis Egidianæ appellatio.*

QVAESTIO. XXI.



VBITATVM fuit an remedium Cano. reintegranda. 3. q. 1. à filijs. D. Io. Baptistæ Brixiani intentari potuit cõtra Bartholomeum pictorem occasione cuiusdam petiæ dictorum filiorum ei uenditæ iam annis uiginti, à nobili. D. Ioanna eorum matre relicta omnium bonorum administratrice, & usufructuaria, à prædicto D. Io. Baptista marito.

Inuocata spiritus sancti gratia tria in primis ponderanda
1 erunt: Vnum igitur erit, quòd dictum † remedium laicis etiam suffragatur licet in clericis solum disponere uideatur: & hoc patet quia istud est remedium subsidiarum, & non correctorium
2 secundum Barba. in consi. 24. col. 1. uol. 4. Et † quotiescunque sumus extra materiam correctoriam, uel exorbitantem, fit ex-
3 tensio de uno casu. ad alium. l. non † possunt. cum ibi. no. ff. de legi. immò in exorbitantibus fit; quando summus in fauorabilibus, ut traditur, à Tiraquel. in. l. boues. §. hoc sermone. in tertia limitatione num. 15. & quod est fortius in correctorijs etiã extensio fit de uno casu ad alium, quando de animarum fauore tractatur not. glo. in. c. sciant cuncti, & in. c. fi. de elec. in. 6. sed hic tractatur de animarum fauore, quia illius cano. remedium ordinatum fuit ad peccatum spoliationis corrigendum: ne quis in eius animæ præiudicium cum aliena locupletetur iactura: ergo idem in laicis seruandum erit ubi eadem peccan-
4 di ratio subest: & lex canonica ratione † peccati corrigendi emanans seruanda erit in foro ciuili. no. glo. in. c. possessor. de
5 reg. iur. in. 6. Et quòd remedium † istud laicis competat, uoluit Ang. in. §. quadrupli. num. 23. Insti. de actio. practi. Papi. in tit. de form. libelli in causa spoliatæ possessionis col. 4. Alex. in cõsi. 6. col. 2. uol. 3. & in consi. 118. col. 2. uol. 2. Alex. & Socin. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poss. & ibi. Ripa. nume. 25. & 26.

* attestans hanc esse * communem opinionem prout etiam attestatur, Soci.in consi.266.col.7. Et dicunt quotidiè sic practicari quòd laicis competat, Et hanc opinionem sequitur Io.Andre.Rubc.in.l.naturaliter.§.nihil commune. num.41. eod.tit. licèt Areti.in.d.l.rem quæ nobis.uideatur dicere quòd ubi reus
6 bonæ fidei conuenitur peccati ratio † cessat cui tamen responderi potest quòd reo conuento de mala fide sui auctoris constat: & tunc contra ipsum peccati ratio militabit secundum Cassa.in deci.7.de resti.spo. Et secundum quòd supra præmit-
7 titur istud remedium illi, etiam † suffragatur quod, uel naturaliter secundum posidet, uel ciuiliter Card.Alex.in.d.c.reintegranda num. 6. & prout exemplificari poterit in emphiteuta, & uassallo qui naturaliter posident, & eorum Domini ciuiliter: Vnde si spoliantur datur eis auxilium unde ui nota. glo.in l.3.§.ex contrario, & ibi Bar.nu.7.ff.de acqui.poss. & not.Bal. in consi.177.uol.3.quem refert Aymo. Grauet. in consi. 107. uol.1. ubi habetur quòd si emphituota cecidit, à iure suo: & non admittit dominum capere possessionem dicitur eum spoliare, & ex consequenti poterit remedium istud contra eum intentari. Tertium supra præmissum est quòd remedium istud
8 cano.reintegranda in hoc iudicio uidetur † deductum, stante clausula generali in querela spolij, per eos producta. ubi dicitur ius, & iustitiam ministrare debere omni meliori modo &c. per quam clausulam uidetur omnis actio deducta, quę ex narratis elici posit, ut not. doct. in.c. cum dilectus de ord. cogni. & Corn. in consil. 8. in litera. A uol. 1. sicut etiam libellus pro libellante interpretatur. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. ideo interpretandum erit dictum remedium ab ipsis intentatum fuisse attento maximè, quòd in conclusione
9 querelæ spolij inest alia clausula † generalis uidelicet deducendo omne ius suum eis magis competens, per quam clausulam omnia remedia, quæ competunt includuntur, & præcipuè præfatum remedium inclusum uidetur, ut in terminis decidit Deci.in consi.57.nu.2. & ex querelæ conclusione hoc etiam col-
10 ligitur, ubi actores in † possessionem reintegrari, & restitui petunt, ex quibus possessorium intentatum uidetur, ut per Alex.
11 in consi.92.num.6.uol.5.& ex modo † concludendi actionis intentatæ qualitas deprahenditur per Deci.latæ in consi.136. in prin. Istis modo sic præmisis quærendum uenit an istud remedium

medium dictis filijs dari debeat, & prima facie uidebatur dicen
12 dum quod non quia spoliatus probare † debet spoliationis tem pore in possessione fuisse, & ab eo spoliatum qui conuenitur, uel de eius mandato, uel eo ratificante. Deci. in consi. 125. num. primo, & isti filij non erant in possessione saltem naturali, sed eorum mater, tempore quo dictam terræ petiam uendidit, & tanquam omnium bonorum usufructuaria naturalem
13 habebat † possessionem d. l. naturaliter. ff. de acqui. poss. l. uti frui. in prin. ff. si usufruct. pet. & per Ias. in. l. 1. ff. de acqui. possess. Ideo Bartholomeus qui à prædicta domina Ioanna naturaliter posidente emit, dictos filios non spoliauit: qui in possessione tunc non erant, neque ipsi tamquam, spoliati ueniunt restituendi cōtra ipsum bona fide, & iusto tituloo posidentem.
14 Videtur quoque dici posse † præscriptionis exceptionem obstare præfatis filijs patientibus dictum Bartholomeum perseuerasse in possessione per uiginti annos: & licèt aliqui ex eis absentes fuerint, tamen possessor si spatio decem annorum inter præsentes, & uiginti inter absentes in possessione omnino steterit præscribit: aut malæ fidei possessor. C. de præscript. long. temp. Et huic remedio tanto tempore inter prædictas personas præscribitur cum titulo, & bona fide si possessor à malæ fidei auctore causam non habet; uel res uitio reali affecta non sit, concurrentibus extremis requisitis: ex quibus saltem utile dominium de iure Ciuili quæritur ita decidit Balb. in tracta. præscrip. q. 24. in. 4. parte num. 5. & similiter Alex. in. l. naturaliter. §. nihil commune. uersi. nono fallit. secundum Bal. ff. de acqui. possess. & Corsettum in hac salentia ad reg. quod spoliatus &c. in 24. limita. His tamen non obstantibus de Iure su-
15 stineri posse arbitror prædictos † filios agentes in d. petiæ terræ possessione de qua agitur reintegrandos fore: quia spoliatus imprimis, & ante omnia uenit restituendus. l. si quis ad se fundum. C. ad. l. Iul. de ui. pub. c. 2. & c. literis. de rest. spol. & dicto
16 cano. reintegranda. 3. q. prima, & istud † remedium reintegrandæ nouum, & specificatum possessoriū datur cōtra quemlibet possessorem etiam non uitiosum, ut refert Abba. in. cap. cum ad sedem. num. 26. de rest. spo. subdens istum esse communem intellectum. sequitur Barba. in. d. consi. 24. col. prima, uol. 4. & Io. And. Rube. in. d. §. nihil commune num. 39. & Ias. in d. l. rem quæ nobis num. 19. dicens hanc esse communem, &

idem

idem affirmat Alex.in consi.200.uiso uol.2.& consi.6. nume. 14.uol.3.& consi.91.in causa num.6.uol.5. & ita concluditur in decisi.Neap.ut refert Afflict.in decis.361.num.33.& sequitur Cassad.in deci. 7. de rest. spol. & Ang. in. d. §. quadruplici num.32.uersi.7.principalibus insti.de actio. declarat remediũ canon. reintegranda tamquam pinguius prouidens competere contra bonæ fidei possessorem, etiam cum titulo oneroso dummodo non præscripserit: conuenit etiam in hoc Alex. in consi 78.uol.3.& consi.118.col.2.uol.2.& Corn. in consi.
18 56.in litera B. uol.2.& prædicta † procedunt absque eo quod dominij, uel tituli exceptio contra ipsum agentem admittatur.d.l.si quis ad se fundum. cum ibi not.per Bar.num.2. & in d.§.nihil commune.num.2.&.l.meminerint. C. unde ui. & per Abbat.in.c.primo, nu.5.&.c.literis num.5.de resti.spol. & per Philip. Franc.in.c.fin.num.2. eod. titulo.in.6.& Castren.in.l. si de ui.num.4.ff.de iudi.& Ang.in.d.§. quadrupli.num.80.in-
* sti. de actio. & Deci. in consil. 57. nu. 6. ubi dicit hanc * esse
19 magis communem, & hoc † procedit siue actor per uim,siue per negligentiam,aut per quamcunque aliam causam à possessione ceciderit secundum Alex. post Bart. quem communiter sequuntur doct.in d.§.nihil commune.num. 17.siue etiam qui
20 culpa sua ceciderit ut habetur† in decis.Thol.487.licèt Paris. in consil.1.num.164. uolum.1. contrarium tenere uideatur. . tamẽ ex quo aliq ex Dictis filijs sunt minores absq; dubio eis suffragandum erit,etiam si culpa sua à possessione cecidissent, ut per Alex.in consi.92. perspectis ijs. colum.4.uersi.constat. uolum.1.& in consil.94.perspectis ijs colum.4.uersi.non obstat.eo.uolum.& ista procedunt non obstante quòd reus de
21 dominio † incontinenti paratus sit decere quia non erit audiendus per Bart.in d.l.meminerint.& Paul.Cstr.in d.§.nihil
22 commune nu.7. & † tanto magis istis autoribus dictũ remedium suffragari debet: quia secundum cautelam Bar.in l.si de eo.§.fin.in fi.ff. de acqui.possess.per eos articulatum fuit quòd reus conuentus clam possedit respectu possessionis dictorum agentium,ex qua capitulatione plura tollũtur obiecta,quæ pro opinione Bar.in d.l.rem quæ nobis, deduci possent, ut refert Deci.in d.consil.57.num.6. & in c.licèt causam.nume.22.de proba.dicens quòd cautela Bar.procedit, quando habens antiquiorem possessionem fecisset articulum quòd aduersarius

iuuant.teste Cor.in consi.333. capio.nu.1.uolum.1.ubi etiam num.10.dicit locationum instrumenta una cum mercedis solutione probare possessionem nedum contra conductores, sed etiam cōtra alios, & deducit glo.& Bar.in l.litibus.C.de agric.
28 & consi.lib.11. Nec omitten.erit quòd isti † Filij reintegrari debent non ex eo quia defuncti personam repræsentent.§.1. in auth.de iur.iur.cum non sit uerum quòd possessio defuncti extincta in hæredes transeat, ut est tex.in l.cū hæredes in prin. ff.de acqui.possess.& ibi Paul. Cast.dicit quòd necessarium est hæredi possessionē iterum apprehendere, & erit noua possessio,non uetus quæ erat apud defunctum, & in l.si sorori.C.de iur.delib.& in l.si quis ui.§.differentia.num.2.ff.de acqui.poss. Idem dicit quòd est noua possessio, & sequitur Alex.in consil.
29 83.uisa.num.2.uolum.2.&Cor.in consi.18. in † litera D.uo. primo,immo non transit in hæredes etiam suos uigore fictæ possessionis in eos continuatæ secundum Bal.in auth.defunc. colum.3.C.ad Tertul.& quòd in hæredes suos non transeat no.Bar.in l.in suis.num.5.ff.de lib.& posthu.& ibi hanc esse communem affirmat Alex.Et Parisi.in consi.1.num.160.uol. 1.& in consi.172.num.3.& 4.uolum.4. Et pro hac parte plura congerit Tiraq.in præfatione concernentium personam hæredis in 8.declaratione.num.6.uersic.nam ubique. Et poterit esse ratio quia patre uiuente, Filij non dicuntur ciuiliter, nec naturaliter possidere. Bart.in l.qui legatum.§.filio.nu.1.ff.pro hæred.Prædicta tamen non procedunt quando defunctus possedisset naturaliter animo suo tantum,& corpore alieno.uelutí per Colonum quia tunc possessio hæredi acquiritur si continuet colonus in possessione nomine hæredis secundum Afflic. in deci.167.num.6.per tex.in l.qui uniuersas.§. per colonum. & ibi per Alex.ff.de acqui.possess.Sed in eorum possessionem reintegrandi ueniunt uigore possessionis post obitum eorum patris adeptæ: Vel reintegrari debent quia remedium recuperandę ad hæredes,& singularem † successorem transit, & cedi potest ut not.Soci.in d.l.rem quæ nobis.num.10. & licèt eam non affirmet,tamen Hier.grat.in respon.20.num.15.uolu.2.
30
31 uidetur † in ea residere.Sicut etiam ciuilis possessio pœnes defunctum creditorem existens per constitutum prçcarij in hæredes transit ut cōcludit Bal.in consi.436.quidam creditor.uol.
32 2.& † aduersarius ad omnes fructus perceptos, & qui percipi potuerunt

potuerunt condemnari debet à tempore ſpoliationis uſque ad tempus, quo lis fuit conteſtata ſuper petitorio, & uſque ad minimum quadrantem: & priuſquã ipſi actores ſuper eo reſpondere teneantur, ut not. Abb. in c. accedens. lo. 2. num. 5.
33 ut lit. non conteſt. & debent † ſtare tanto tempore in pacifica poſſeſsione antequam conueniantur quantum ſtetit ſpolians, ut idem Abb. dixit in. c. uene. nume. 7. de off. deleg. & prædicta refert Graue. in conſil. 140. nume. 3. uolum. 1. deducen. Curt. Iuni. in conſi. 41. in fin. Nec obſtat dum dicitur quòd ſpoliatus probare debet ſpoliationis tempore fuiſſe in poſſeſsione, & ab eo ſpoliatum, qui conuenitur, uel de eius mandato: ex quo agentium mater erat uſufructuaria, & ſic naturaliter poſſidebat: & uendidit prædicto Bartholomeo: ideo agentes filij non poſſunt dici ſpoliati: neque ueniunt reſtituen. quia reſpondetur ſecundum Fulgo. in d. l. naturaliter, quòd uſufructuarius
34 non † poſsidet ſibi, ſed domino, & licèt inſpecta naturalitate dicatur poſsidere, tamen uerè domino poſsidet l. j. §. neque. ff. de acqui. poſſeſ. coniuncta l. j. C. communia de uſucap. & per plura alia quę refert Ang. ſequen. eum in d. §. quadrupli. num. 49. Inſtit. de actio. licèt dicatur communiter teneri uſufructuarium poſsidere, & dato quòd naturaliter poſsideat uſufructuaria nihilominus ex quo ciuilis poſſeſsio pœnes filios agentes erat, intentare potuerunt remedium Canon. reintegran. & debent reſtitui per ea quæ ſupra deduxi per Card. Alex. in. d.
35 c. reintegranda num. 6. uel † poterit etiam dici quòd licèt domina Ioanna mater fuiſſet relicta domina, & uſufructuaria omnium bonorum nihilominus ſtantibus filijs debuerat conſequi ſolum uictum, & ueſtitum, & præeminentiam in domo, ut dicit Bar. in. l. Ticia. §. fi. nu. 5. ff. de leg. 2. & ſequitur Goz. in conſ. 47. primo quæritur, & Carol. Rui. in conſi. 42. proponitur nu. primo 2. uol. & Nicol. Bello: in conſi. 31. num. 3. & ideo naturaliter non poſsidebat mater dictam petiam terræ, ſed eam adminiſtrabat quia omnium bonorum adminiſtratrix relicta fuit
36 Vnde ſequitur † ꝙ is dicitur poſsidere cuius nomine poſsidetur. l. quod meo in princ. ff. de acqui. poſſ. & l. certis. §. 1. ff. de præca. & c. conueniſſent. de reſt. ſpol. ſequitur Cor. cõſi. 166. in princ. uol. 4. & ideo mater uſufructuaria nomine filiorum, & non ſuo poſſedit. Neque obſtat præſcriptio 20. annorum in reo deducta. quia allegari non poteſt. cum allegare præſcriptionem

ptionem nihil aliud sit quàm allegare dominium quod præscri ptione acquiritur. c. traditionibus. C. de pact. & usucapio est dominij acquisitio, uel adiectio.l.3.ff. de usucap. & agenti remedio recuperandæ dominij exceptio non obstat. Abba. in.c. primo, num.5.&. c.literis.num.5.de restit.spol. Et Deci. in.d.
38 consi.52.prætenui. in fi. Et licèt † præscriberetur huic remedio 30.annorum spatio. ut idem uidetur tenere in consi. 302. & protenui.num.24.Et Hier.Grat.in responso.70.nu. 18.uol.
* 2.dicens hanc esse * communem opinionem deducendo Alex. in consi.6.uol. 3. & eiusdem sententiæ fuit etiam Parisi.in con sil.primo, num.154.uol.primo Tamen Cassado. in decis.6.de rest.spol. dicit Rotam super hoc in contradictonem fuisse, &
* maiorem partem conclusisse * communem opinionem esse dictum remedium perpetuò dari debere sed ex quo reus allegat 20.annorum præscriptionem absque dubio ab eius intentione
39 excludi debet. Non obstat etiam quòd rei Testes † conuenti de eius possessione probent: quia agentium Testes eis preferri debent cum deponant de possessione, & titulo, uel de priori possessione, secundum Barba.in consi.6.& quidem uiso.
40 col.peu.uol.2. Neque reus de iure ciuili à sententia † lata in
* possessorio appellare potuit secundum * communem opinionem quam refert Cor.in consi. 10. uol. 4. uel si appellatio daretur, executio per hoc retardari non deberet, ut uult Parisi. in consi.108.num.20. uol.1. sicut etiam in statu ecclesiastico prohibetur appellatio uigore constitutionis Egidianæ.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio facta videtur ex certa scientia, & ualet quando in confirmatione Tenor rei confirmatæ, adijcitur.*

2 *Clausula supplentes omnes defectu &c. tollit singulos defectus iuris positiui, & extenditur ad defectus non specificatos.*

3 *Clausula generalis nõ obstantibus quibusuis apostolicis prouinciali bus, & sinodalibus concilijs operatur perinde acsi omnia specificata fuissent.*

4 *Iuspatronatus non acquiritur nisi consensus Episcopi expressus interueniat.*

5 *Iuspatronatus in ecclesia iam consecrata, uel eius capella concedi non potest nisi à Papa.*

6 Iuspatro-

6 *Iuspatronatus ad dignitates in ecclesiis cathedralibus existentes in laicum cadere non potest.*

7 *Vicarius licet facere possit omnia quæ pertinent ad iurisdictionem illius cuius uices gerit, qualiter intelligatur.*

8 *Iurispatronatus concesio dicitur gratiosa.*

9 *Concesio facta ab eo, qui de iure dare non potest pro non facta habetur.*

10 *Confirmatio facta super concesione nulla non ualet.*

11 *Confirmatio simpliciter facta non confirmat actum nullum.*

12 *Confirmatio ex certa scientia, ualet. si facta fuit cum causæ cognitione.*

13 *Clausula ex certa scientia non purgat falsitatem narratorum.*

14 *Confirmatio impetrata tacita ueritate nihil prodest.*

15 *Surreptitia gratia dicitur tacendo id quod ignoratur si potuisset mouere principem ad aliud faciendum.*

16 *Clausula supplentes omnes defectus, non tollit quin opponi posit contra personam in cuius fauorem rescribitur.*

17 *Clausula generalis non requiritur, sed specialis ubi agitur de præiudicio tertij.*

18 *Possesio defuncti extinguitur, & in hæredes non transit etiam suos.*

19 *Possesio non titulata in beneficialibus cessare facit remedium possessorium.*

20 *Titulus nullus pro non titulo habetur.*

21 *Possessorium iniustum prætor non tuetur.*

22 *Episcopus probare potest defectum tituli illius quem ipso tolerauit posidere.*

23 *Nullitas sententiæ quando ex actis apparet potest dici hodie constat hodie agatur.*

24 *Familiaris Cardinalis quando quis dicatur esse.*

25 *Vicarius sine speciali mandato non potest concedere iuspatronatus.*

26 *Confirmatio nihil operatur si uerba narratiua non uerificantur.*

27 *Clausula cum autem sicut ea subiungebat petitio firmiora sint ea quibus apostalica auctoritas intercedit quid operetur.*

28 *Confirmatio Papæ, est ualida ubi etiam creatio erit nulla.*

29 *Clausula supplentes omnes defectus &c. non tollit defectum subreptionis.*

30 *Possesio iuris præsentandi fraudulenter acquisita non prodest.*

31 *Possessor*

31 *Possessor malæ fidei non acquirit possessionem iuris præsentandi.*
32 *Coniunctio personarum facit præsumere simulationem.*

QVAESTIO. XXII.



RÆSVPPONITVR in facto qꝫ D.Io.Fran. de Aureoldis Laicus Brixien. dum in humanis esset, adaucta per ipsum vltra tertiam partem fructuũ dote archipresbiteratus ecclesię cathedralis Brixię, qui inibi secunda dignitas existit post episcopalẽ obtinuerit sibi, & eius hæredi antiquiori de familia cõcedi iuspatronatus a Vicario generali R.P.D. Episcopi Brixien. non habente ab eo aucto. concedendi tale ius. consentiente tñ ad id Archipresbitero D.Fabio huiusmodi D.Io.Francisci filio concessioq; huius iurispatronatus per literas sacræ pœnitentiariæ confirmata fuit sub Datum Romæ V.Kall.Aprilis pontificatus Fe.re.Iulij III.anno III.non expresso defectu iurisdictionis Vicarij in dicta confirmatione. Deinde Archipresbiter, vt possessio, seu quasi iuris præsentandi acquireretur Io.Fràcisco eius patri archipresbiteratum Fraudulenter resignauit in manibus eiusdem Vicarij. Et præsentato per dictum d.Io. Franciscum Beltrando, Vicarius eundẽ instituit, qui paulo post archipresbiteratum retrocessit in fauorem dicti d.Fabij in manib. Reuerendissimi Nuncij apostolici Venetijs residentis, corã quo reiterata præsentatione per prædictum d. Io. Franciscum, de huiusmodi D.Fabio eius filio, Nuncius eundem instituit. Vltimo uacante Archipresbiteratu per obitũ dicti d.Fabij extra.Ro.Cur.defuncti
1 de mẽse octobris 1562.D.Camillus † de Aureoldis Canonicus eiusdẽ ecclesiæ ab antiquiori hęrede prædicti quondã d.Ioan. Franc.præsentatus fuit: quem Episcopus instituere noluit, immo Archipresbiteratum contulit inibi Hieronymo de Monte. dubitatur modo an dicta concessio ualeat. Et uidebatur dicendum quòd cõfirmatio facta super concessione dicti iurispatronatus valeat: quia quando in confirmatione tenor rei confirmatæ adijcitur confirmatio facta uidetur ex certa scientia, & valet.c.venerabilis.iuncta gl.in verb.insertas.de confir.util.
2 uel inutil. Et prædicta † coadiuuãtur per clausulam supplentes omnes defectus per quam clausulam tolluntur singuli defe-
ctus

ctus iuris positiui, & supplet,& trahitur etiam ad defectus non specificatos per plura quæ congerit Parisi. in consil.46.primum testamentum.num.42.uolum.3. Et ad præmissa coadiu-
3 uanda † deducitur etiam clausula generalis non obstan.quibusuis apostolicis, prouincialibus, & sinodalibus concilijs, & edictis generalibus,uel specialibus constitutionibus, quæ operatur perinde ac si omnia specificata fuissent, secundum Bald. in l.omnes.C.de præscrip.30.anno.quem refert Parisi.in consil.42.quantum.num.17.uolum.4.& quæ clausula plus operatur quã clausula ex certa scientia.secundum Tho.Gra.in decis. 66.num.39. Et ex consequenti prædictus d.Camillus ab Episcopo institui debuisset cum fuerit præsentatus ab antiquiori hærede suprascripti q.D.Francisc.qui erat in possessione, seu
4 quasi iuris præsentandi. Præmissis tamen non † obstan.cõtrarium de iure sustineri posse arbitror. Nam iuspatronatus non acquiritur nisi consensus Episcopi expressus interueniat. c.nobis.de iurepatronatus,not.Abb.in consi.59.num.3. uolum.2. Lamb.in Tracta.de iure, patrona.in 3.artic.2.q.princ.1.libr. num.10. & 12.& Io.de Selua.in trac.bene.in 1.part.q.5.num. 182.& in q.6.num.9.& Deci.in consi.541. nume.2. ubi hanc
✠ esse magis communem * opinionem attestatur. Et ad hoc fa-
5 cit quod † dicit stafi.de modo, & forma impetrandi.§.sequitur uidere.in princ.ubi uult quòd episcopus, uel alius prælatus citra Papam ius patronatus concedere non possit in ecclesia iam consecrata, uel eius capella, quia esset imponere seruitutem rei sacræ, & ista fuit prius opinio glo.in c.piæ mentis 16. q.7.quam sequitur Io.de Selua.in d.q.5.nu.180.& ideo multominus uicarius seruitutem imponere potuit super dicta dignitate in ecclesia cathedrali existente. Et extat bulla.Fe.re. 1
9 tur,quòd Papę † decretum non ligat ante conditionis etiã subintellectę purificationem. cle.unica.de concess.præb.purificata tamen conditio ad datæ tempus trahitur. Et sic postquam iste ordinatus fuit clericus, conditio est purificata, & perinde habet, ac si purè & simpliciter in eum pensio translata fuisset, per ea quæ uoluit Paris.in consi.46. nu.45. uol.4. ubi dicit ꝙ
10 adimpletis &† purificatis cõditionibus perinde est ac si simpliciter,& pure nominatus fuisset & pensiones in ipsum simpliciter & pure fuissent translatę,l.cedere diem.ff.de uerb.sig.Et ad hoc deduci possunt etiam ea quæ traduntur a Gem. in c.si prote.num.6.in uersi.quid si iste secundus. de rescrip.in 6. ubi ita
11 distinguendo concludit aut † cõditio ab existentia rei dependet,ut si dicatur si sit idoneus:uel ex uolunrate ipsius cui gratia est facta,qui dicitur si acceptauerit:& tunc licèt affecta sit præbenda pro secundo impetrãte ante conditionis euentum: si tamen purificetur antequam secundus in canonicatum reci-
12 piatur,primus † impetrans præferri debet: quia gràtia conditionalis existentiam rei uel ex uoluntate ipsius impetrantis fortior cẽsetur, quàm ex tertij uoluntate dependẽs. Et sicut apparet quòd ibi gratia data attendatur quia purificata conditione primus secundo prefertur:ita in casu nostro, cum gratia ex uoluntate ipsius cui est facta,dependeat,ideo tempus datæ attendi debet. Et tanto magis in istam opinionem inclino: quia in gratia constitutę pensionis in dictum Iulium facta,Blondus bñficij rector cõsensit,& se obligauit,ut absq; eius & successorum suorum consensu d.Iulius in unum uel plures pensionem prædictam transferre posset. Et ideo secundum Franciscum in
13 citato loco,sicut quando fuit factus † contractus,etiam quod fuerit

fuerit sub conditione,ius etiam sub conditione acquisitum uidetur, & ea adueniente retrotrahitur similiter etiam per illam conditionem. Si postquam clericus.&c.a die signatæ supplicationis ius acquisitum uidetur, & retrotrahi debet. & maxime quando extrema sunt habilia,prout hic per ea quę uolunt Bar. in l.is qui pro emptore. nu.3.4.6.& 15.ff.de usucap. Et licet in beneficialibus nulla æquitas suadet fictionem,cum sumus in
14 odiosis. cap. quamuis. de præbend. in 6. & stricte † intelligi debet secundum Ancha.in Clem.1.nu 12.uersicu.quinto probo.de concess.præb.tamen ex quo pensio non dicitur be-
15 neficium,& maximè † quãdo in titulũ asignata non fuit prout ista: immo est quid merè temporale,ut refert Gig.in tracta. pen.q.1.ergo istud Anch.dictum nihil obstare uidetur quin retrotrahi debeat æquitate hoc suadente. Et licet ex his & alijs infra deducen. fundamentum ex aduerso sublatum uideatur, dum dicebatur,ꝙ conditio.Si aut postquam,conditionem importat,& a futuro euentu pendet: nihilominus dato quòd esset uerum,responderi potest quòd in ista q. conditio retrotrahi debeat,per ea quæ supra deduxi. Nec obstare uidetur d. decisio Cassad.3.nu.14.de præb.ubi describit clausula,Qđ duxeris acceptandum &c. quę est conditionalis,quòdque decretum & omnia ex conditione dependent. Vnde si gratia diceretur pura, tamen ex conditione penderet. ex quibus liquet dispositionẽ esse conditionalẽ & conditionalis gr̃a nihil ponit inesse ante conditionis euentum, sed solam spem tribuit. Ideo in ea conditionis existentis tempus inspicitur: non datæ, uel
16 probati sermonis:† quia respõderi potest,illam decisionem habere locum in beneficijs a Papa commendatis.quæ antequam sint acceptata faciunt stare gratiam in suspenso. Et hic tractatur de obligatione iam facta ad soluen.non solum d.Iulio,sed ei uel eis in quos pensio fuerit translata:& ideo conditio retrotrahi debet a die obligationis iam factæ, & ex consequenti ad die signatæ supplicationis. Et præsumendum erit Papã uoluisse solutionem,& non obligation.soluere debentis,quæ iam na
17 ta erat in suspenso stare.Quare in † cõditionibus concedentis intentio primum locum obtinet,l.in conditionibus primum
18 locum.ff.de cond. & demonstr.Et ideo † secunda gratia tanquam accessoria ad primam secundum naturam primæ regulari debet,arg.c.si super gratia.de off. deleg.in 6. Et ex his tollitur

tur obiectum quòd si pensionarius pensionem lucraretur tempore quo non erat clericus ordinatus, esset contra mentem Papæ: ista enim subtilis consideratio fortasse procederet in laico literas impetrante qui præsentationis tempore clericus creatus fuit: quia literæ ualerent si in eis expressum extitisset ꝙ impetrans esset laicus, secundum Anch. in c. si eo tempore. nu. 8. de rescrip. in 6. vnde si uellet lucrari fructus decursos anteaꝙ̃ clericus effectus fuerit, absurdum esset: quia beneficium ordinis administrationē habet, vt refert Abb. in c. extirpandę. §.
20 quia uero. nu. 55. de præben. Et quilibet † beneficiatus si uellet debitum officiū exequi, in suo beneficio residere tenetur. Nam quodlibet beneficium residentiam exigit. c. quia nōn ulli. de cler. non resid. c. fi. & c. præterea. de præb. per Gigant. in tract. pensi. q. 31. & per Philip. Prob. in rub. de cler. egrot. in 6.
21 Et ex his uerificari poterit illud † quod dicit Phil. Prob. in d. c. si pro te. num. 8. in fin. de rescrip. in 6. collationem beneficij in pendenti stare non posse, quia illud habens residere, & offi
22 cium dicere tenetur. Sequeretur igitur † incōueniens ꝙ laicus absq; eo ꝙ altari inseruiret de altari uiueret: & ut traditur a Gi
23 gan. in tract. pensio. q. 30. nu. 2. pensionarius † nec officium dicere neque ecclesiæ, uel altari inseruire tenetur, cùm pensio dicatur caro sine ossibus: nec ad aliquid faciendum obligatur, ut dicit Paul. Roma. in tract. pensi. c. 7. uersic. redeundo. num. 7. Vnde mirum non erit, si pensionarius effectus clericus medij temporis fructus consequi poterit, quia ecclesia interim nullum patitur detrimentum: & secundum Gigan. in q. 22. in fin. alia ratio est in beneficijs & alia in pensione. Nam laicus non est capax beneficij, sed pēsionis. Nec obstat quod dicit Gem. in d. c. si pro te. nu. 6. uersi. quid si iste secundus. de rescr. in 6.
24 uidelicet quòd † potestatiua conditio non retrotrahitur, sed tantùm effectum imprimat a cōditionis tempore: quia ex eius dictis responsio colligitur cum asserat illud uerum nisi disponentis intentio aliud sentiat. Sed in casu nostro de mente Papę esse uidetur ꝙ retrotrahatur: quia sicut Papa tunc in Mutiū clericū alteram pēsionis partē trāstulit: simīr in Io. Franciscū transtulisset si tunc clericus fuisset, per ea quæ supra deduxi de ecclesia construenda: quòd illud tempus non in hæredis, sed ecclesiæ fauorem appositum fuit: & ibi Gemi. nu. 8. uersi. sed hęc solutio. quem sequitur Fran. nu. 3. ita distingit: Aut cōditionis

impletio

impletio a potestate, uel uolũtate obligandi, aut obligati non dependet sed ab insidijs fortunæ uel aliquo alio extrinseco: & tunc retrotrahitur: sed in præsenti difficultate conditio à proprietate soluere debentis non dependet: quia in pẽsionem soluere consenserat illi in quem translata fuisset: ergo retrotrahi debet ad tẽpus datæ supplicationis. Aduertendum erit, quòd postmodum in lucem editæ fuere responsiones Gigant. & in ultima concludere uidetur in casu simili, quòd cedens seu trãsferens pensionem fructus interim lucrari debeat usque quo ille in quem translata fuit, ordinatus fuerit clericus, & quòd pensionem soluere debẽs nullo modo eam lucrari possi t. Quare super hoc cogitandum erit: quia in præsenti difficultate D. Julius qui pene transtulit in Io. Franciscum, uxorem duxit, & fructus lucrari non poterit. Idcirco postquam nec ipse cedens nec soluere debens fructus interim lucrari poterunt, pensionarius per supraſcripta eos lucrari deberet. Et ut intelligo similis controuersia nunc pendet in sacro Rotæ auditorio, & ideo illius decisioni me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Offendens ante pacis ratificationem, in pace non est comprehensus.*
2 *Stipulatio notarij acquirit vtilem actionem alteri.*
3 *Noua causa iniuriæ in tregua facta, allegari non potest.*
4 *Fisco ius quæsitum per fideiussiones præstitas de non offenden. sine eius consensu ab eo auferri non potest.*
5 *Promittens de suo in euentum in quem filius non ratificabit, obligatur ad pœnam vel interesse.*
6 *Nouatio non inducitur nisi expresse caueatur.*
7 *Conuentio secunda non derogat primo contractui, nisi expresse caueatur.*
8 *Argumentum à consensu cessante valet.*
9 *Dispositio cessat vbi deficiunt verba.*
10 *Contractus primus non extinguitur nisi secundus sit perfectus.*
11 *Tregua datur personis, & rebus discordia nondum finita: & pax est finis discordiæ.*
12 *Immicitia tollitur cum suo accessorio secuta pace.*

13 *Cassatura instrumenti trahi debet ad causam propter quam facta fuit.*
14 *Cancellatum & abolitum nullum effectum habere potest, & anullat actum cancellatum.*
15 *Extinctum semel amplius reuiuisci non potest.*
16 *Querela extincta etiam dolo partis, non reuiuiscit.*
17 *Priuilegium semel extinctum ob causæ cessationem non reuiuiscit.*
18 *Contractus cessante causa cessat.*
19 *Pax facta principalibus ligat adherētes, siue de eis facta sit mentio siue non.*
20 *Adherentium siue complicium appellatione veniunt filij, & nepotes.*
21 *Pater filios obligare potest in instrumento pacis.*
22 *Pater filio præiudicare poterit in modo licito.*
23 *Ratificatio pacis vel treugæ non est necessaria fieri ab adheren. uel complicibus.*
24 *Noua causa iniuriæ allegari potest in pace facta.*
25 *Offensio in dubio ex noua causa facta uidetur tertio non consentientes.*
26 *Ius quæsitum tertio in spe opera mea ab eo ipso auferri potest.*
27 *Stipulatio facta ad commodum contrahentium, & tertij, reuocari potest antequam ei ius sit perfecte quæsitum.*
28 *Donatio facta absenti poterit reuocari antequam ratificauerit.*
29 *Ius habere in spe aliud est quàm habere ius ad rem.*
30 *Nouatio dicitur expresse fieri si per coniecturas apparet.*
31 *Cancellatio semper traditur ad illam causam propter quam facta fuit.*
32 *Principalis causa ubi nō subsistit, neq; quæ sequuntur subsistunt.*
33 *Stilus pro lege seruatur.*
34 *Contractus dicitur perfectus quando ab eo discedi non potest.*
35 *Pax facta pro affinibus & adherentib. cum promissione de rato, licet non ratificauerint, pœna committitur.*
36 *Ratificatio pacis si necessarium esset fieri ab adheren. pro quibus promissum fuit, nunquam pœna committeretur.*
37 *Pœnæ potius sunt molliendæ quam exasperandæ.*

QVAESTIO. XXV.



XISTENTE inimicitia inter Franciſcum filium Hieronymi Io.Colę ex una, & Anſui num filium Hieronymi Io.Auguſtini omnes de Camerino,ex altera:Patres prædicto rum coacti fuere fideiuſsiones in forma ſolita præſtare quòd eorum filij non ſe offendent nec offendi facient ſub certa pœna deinde prædicti patres pacem pœnalem fecerunt,& promiſerunt quòd eorum filij eam ratificabunt,& executiones præſtitæ de non offenden. caſſatæ fuere.Franciſcus autem nō ratificata pace,grauiter uulnerauit Anſuinum,& ea propter fiſcus prætendit pacem factā fuiſſe ſeu treugam. Et inuocata Spiritus gratia,dicam quid iuris ſentien. Primo igitur dicendum uidetur,a Franciſco treu-

1 gam fuiſſe factam:quia offendens ante pacis † ratificationem in pace non eſt comprehenſus, ut dixit Bart. in l.ſi uxor.§.ſi quis uxorē.nu.4.ff.ad l.Iul.de adult.Bal.in l.fi.C.ad ſenatumcon.mace.& Dec. in conſi.226.nu.7. Et ideo quoad Franciſcum in pace non comprehenſum,inſtrumentum treugæ ſublatum non dicitur per pacis inſtrumentum,cū negari non poſsit quòd in inſtrumento treugę adſit Notarij ſtipulatio ſtipulantis pro fiſco:ex qua notarij ſtipulatione ſtatim utilis actio fiſco quæſita fuit ante ratificationem pacis:quia ſecūdum Cor. in conſi.2.col.2.num.3.uolum.4.& in conſi.51.col.3.uol.1. utilis actio quæritur alteri per notarij ſtipulationē : idem not. Soci.in conſi.30.col.5.ad fi.num.7.uolu.3.& Guid.pap.in q.

2 49.ubi † dicit,ex Notarij ſtipulatione in extraiudicialib.ius abſenti & ignoranti quæri:& hanc opinionem firmat Alex. in cō ſi.118.nu.33.uol.6. & ſic per inſtrumentum pacis non uidetur ſublatum inſtrumentum treugæ quoad offendentem non comprehenſum in pace, qui eam non ratificauit.Et iſta cōcluſio procedit non obſtante noua cauſa iniuriæ, ut dicitur facta per Anſuinum dicto Franciſco antequam ab ipſo Anſuinus uulne-

3 ratus † fuiſſet:quia noua cauſa iniuriæ in tregua facta allegari non poteſt ex conſuetudine ſecundum opinionem Vincentij ſtip. magis communiter approbatam, & relatam per Dec.in l. cum proponas.la 2.nu.7.C.de pac.quæ tamen ſunt intelligen

da,

da, prout supra dixi. in q.7.num.16.& 17. Et a fideiussionibus inter ipsas partes præstitis recedi non potuit sine procuratoris
4 fiscalis cõsensu, ex quo ius † fisco quæsitum fuit per ea quæ dicit Alex. in l. qui Romæ. §. Flauius. colum.8.ff. de uerb. oblig. & & ibi Aret. colum.4. Soc. colum.7.& Ias. colum.8. uersic.2. limitatur. Et pace facta uidetur agi posse ad pœnam, quia dictus Hieronymus promittendo de rato pro Francisco eius fi-
5 lio, excusari noluit † faciẽdo possibilia, sed etiam in euentum, ꝙ non ratificasset pace de suo proprio promisit soluere pœnã prout in dicto pacis instrumento latius continetur: quorum uerborum uirtute constat de uolutate prædicti Hieronymi, de rato promittentis omnino se obligare uoluisse ad pœnam, uel interesse in omnem casum quo Franciscus non ratificasset secundum ea quæ traditit Soc. in consi.288.num.33. ibi, quarto
6 nullo modo se excusare posse vř: † & nouatio nõ inducit, nec a ueteri conclusione receditur, nisi expresse caueatur. l. fin. & ibi glo. Bar. Bal. & Salic. C. de nouat. Quamobrem Dec. in cõs.
7 97. in casu proposito. nu.5. dicit per † secũdam conuentionẽ non censeri derogatum primo contractui de quo cantabat
* publicum instrumentũ nisi expresse caueatur: & hãc * esse communem opinionem attestatur Soc. in consi.21. uisis. uolum.1. cui etiam assentitur Alex. in consi.13. uol.2. Et ad hoc etiam
8 deducitur † argumẽtum a cõsensu censante, quòd cesset etiam dispositio: pro qua regula plura in simili congerit Tiraq. in c. cum cessante. in prima part. nu.18. cum pluribus sequentibus. Vnde si quis mihi pacem fecit nomine suo, & Sei ac Titij, & promisit ꝙ illi ratificabunt, tunc meus consensus antequam illi ratificauerint totaliter non accedit: quia quemadmodum ratificatio pendet, consensus etiam pendet: & non secuta ratificatione cessat consensus meus, & ideo cum cõtractus ex conuentione legem accipiat. l.1.§. si cõuenerit, & §. sæpe. ff. depo. l. pacisci. ff. de pac. & l. cõtractus, & ibi per Dec. ff. de reg. iur. præsumendum non erit, tacite uoluisse annullare instrumentum treugæ non secuta ratificatione promissa in asserto instrumento pacis. Et pro hac opinione facit etiam quod in instrumento pacis per partes dictum non fuit ꝙ instrumentum treugæ annullabant, & sic illud in suo robore remansit, maxime in stricti iuris contractibus, prout est stipulatio. §. actionum. Inst. de actio. ubi Ang. & Ias. & si partes nouissent, vtiq; dixissent, l.

unica. §.sin autem, & 2.C.de cad. tol.& c.ad audientiam.in fi. de deci.ubi enim uerba† deficiūt, dispositio deficit.l.si seruū. §.non dixit.ff.de acq.hæred. Et uerba in contractibus sunt inspicienda.l.si quis stipulatus sit.& l.qui Romæ.§.Grisogonus.
9
10 in fi.ff.de uerb.oblig. Vltimò †deducitur,quòd primus cōtractus non extinguitur nisi secūdus sit perfectus. Quibus tamen non obstantib. in cōtrariam partē inclinari posse arbitramur, uidelicet prædictum Frācíscum, neque treugam neque pacem fregisse.& Hieroni. eius patrem ad pœnam conuentionalem
11 non esse obligatum. Et † moueor,quia treuga est securitas data personis,& rebus discordia nondum finita:& pax est finis discordiæ,ut declarat Bonifa.Vitel.de treug.& pac.in princ.
12 Igitur sublato principali†accessoriū corruit,c.& hęc diximus. iuncta gl.in uerb.destructa.16.q.7.& c.accessorium . de regu. iur.in.6.& ex cōsequenti, sequuta pace, inimicitia sublata fuit cum suo accessorio, quod erat promissio de non offendendo. Igitur iustum fuit, ut instrumentum treugę cassaretur, & eius cassatio & abolitio ualet, quia de stipulantium consensu facta fuit,vt declarat Alex.in cons.204.in fi. uolum.2.ubi ex dispositione contrahentium ius quærebatur tertio in aliquem futurum euentum poterit mutuo consensu ipsorum contrahentium recedi a contractu ad excludendum ius tertij si nondum ius est perfecte quæsitum.l.3.cum ibi not.ff. de ser.expos.ꝙ de partium consensu cassatio facta fuerit, apparet: quia cassatura
13 trahi debet ad illam † causam propter quam facta fuit,ut no. August.Arminen.in addit.ad Arg.in tract male.in uerb. dandis & soluen.uersi.tu autem.num.8.in cassatura exprimitur ꝙ facta fuit propter pacem inter dictas partes factam, & sic relatiò expresse habita fuit ad actum inter dictas partes concorditer sequutum.meritò dicendum est quòd de partium consensu treugæ instrumentum fuerit cassatum, vt in simili concludere uidetur Alex.in consi.104.num.6.uolum.7.nec est uerosimile,ꝙ Notarius nisi de earum consensu cassare uoluerit, quia præsumptionem pro se habet. secundum Spec.in tit. de test.§.
14 1.uersi.quid ergo.nu.92. Et quod † abolitum & cancellatum fuit, nullum effectum habere potest.l.1. & l. cancellatio.ff. de his quæ in test.delen. & cancellatio actum cancellatum tollit, & annullat.l.si præces. & ibi Bald.not. C. quomod.& quando
15 iud.& Guid.Papæ.in decis.nu.85.Et ex † instrumento treugæ

actio

actio oriri minime potuit, cum semel extinctum amplius reuiuiscere nō possit. l. qui res. §. arcam. ff. de solut. sicut etiam que-
16 rela semel extincta † etiam si dolo partis fuerit extincta, nō reuiuiscit, Dec. in l. cum mota. num. 3. C. de transact. & Ang. in §. in personam, nu. 1. Instit. de actio. & similiter priuilegium se-
17 mel extinctum ob causæ cessationem, non reuiuiscit. † etiam si ea de causam reuiuisceret teste Egidio Bellam. in c. post trasla tionem, colum. 2. uersi. secus de priuilegio. de renūciat. quem refert, & sequitur Tiraq. in c. cessante causa. num. 43. in 1. par.
18 Et cōtractus, † cessante causa, cessat. l. j. & ibi gl. ult. & Cin. in 1. not. & Bal. in princ. C. de cond. ob cau. & ea refert Tiraq. in citato loco, num. 56. ergo cessante inimicitia, cessare etiam cautio treugæ debet præstita ea de causa. Nec obstat ꝙ Franciscus in pace comprehensus non sit, quia uulnerauit Ansuinū non ratificata pace. Nam responsio patet ex not. per Io. And. in c. ad apostolicæ. de re iud. in 6. ubi dicit non fuisse necessa-
19 rium quòd Frāciscus pacē ratificaret, † quia pax a principalibus facta adherentes ligat, siue de eis facta sit mentio, siue non.
20 ut dicit Ange. in l. quæ religionis. ff. de re uend. Et † appellatione adherentium siue complicium filij, & nepotes comprehenduntur. Bar. in l. unica. C. si rector prouinciæ. Fel. in c. 1. nu. 28. de treug. & pac. & eo minus istius Hieronymi filij ratificatio necessaria fuit, quia pro ipso ipse pater promisit, ut in instru-
21 mēto † pacis: & potuit filium obligare. Bal. in l. si infanti, nu. 9. C. de iur. delib. & in l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. Et in cōtra-
22 hēdo † pater filio præiudicare poteri in modo licito. Paris. in consi. 123. uolum. 2. Et Corn. in consi. 40. in tract. num. 12. uolum. 2. dicit quòd rarò, uel nunquam treugę, aut pacis ruptæ
23 pœna cōmitteretur † si ratificatio esset necessaria, cum unaqueq; pars de rato promittat pro se, & suis: & nunquam, uel rarò conueniturad specialem ratificationem omnium suorum. vt declarat etiam Marsi. in consi. 9. num. 48. & 49. Sed præsup
24 posito ꝙ ratificatio † necessaria nō esset, prout nō erat: tamen noua causa iniuriæ allegari posset in pace facta, ut dixit Bart. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœn. & in l. qui seruum mihi. nu. 1. ff. de uerb. oblig. & in utroq; loco Alex. in apost. & Bart. Bald. Ang. & Imol. in l. quid ergo. §. si fieres. ff. de lega. 1. Roma. & Alex. in l. semel mora. ff. de uerb. oblig. & plura refert Marsi. in
25 rub. de fideius. nu. 152. Et in dubio ex † noua causa offensio fa

cta uidetur, ita quod pax rupta non dicatur. Parif.in consil.255. num.16.uol.4.Grat.in consi.73.num.19.uolum.2. Quapropter si prior ostensio probatur, Hieronymus pater Francisci obligatus non erit ad pęnam pacis factæ. Neque refragari uidetur per stipulationem Notarij fuisse utilem actionem fisco quæsitam absq; cuius consensu instrumentum treugæ cancellari non potuit: Quia respondetur istud non procedere, quan
26 do ius in spe tãtum tertio † quæsitum fuit opera & facto meo; quia tunc auferri poterit ipso non consentiente, ut not.Iaf.in l.2.in glo.uerb.triennij.num.66.& uersi.2.pro hac parte.nume.207.C.de iur.emph.& Alex.in consi.204.uiso testamento.
27 num.3.& 4.uolu.7.ubi dicit, † quòd quando stipulatio non solùm ad cõmodum contrahentium, sed etiam tertij facta fuit, per contrahẽtes reuocari poterit antequam ius tertio sit perfectè quæsitum. Et Dec.in l.lex contractus.nu.16.& 17.ff.de reg.iur.concludit, quòd si donatio absenti facta fuit pro quo Notarius illam stipulatus sit, & recepit, & ante absentis ratificationem si de illismet bonis alteri fuit facta donatio, ualet: quia
28 ratificatione nõ fuit † primo d. Notario ius quæsitum. stipulatio enim Notarij non operatur, quod absenti ius quæratur nisi secuta ratihabitione. & idem dicit in consi.661. num. 11. & 12.& in consi.598.num.4.& in consi.464.num.3.& in consi.531.in fi.& in consi.226.num.7.Sed in præsenti casu ius solùm spe fisco quæsitum fuit facto contrahentium, & stipulantium pœnam dari fisco in casu contrauentionis: ideo non mirum si antequã ius fisco perfectè quæsitum fuerit, & ante contrauentionem, & fisci ratificationem dictum cautio cassari po
29 tuerit per † prædictos contrahentes. Et secundum Io.And.in add.ad Spec.in rub.de concess.præb.in uersi.& primo pro hac negatiua in bonis nostris non dicitur esse quod acquiri potest & aliud est habere ius in re quàm ius ad rem, ut late etiam habetur in pragma.Sanctio.in titulo.de subla. de lite.in uerb.renũciare pag.256.sed fiscus ius ad rem habebat, nec in eius bonis dicta pœna fuit. Ideo fideiussio cassari potuit, & ex quo cautio treugæ de medio sublata fuit, secuta pace non est curandum an noua causa interuenerit, uel ne. Nec obstare uidetur quod nouatio non inducatur nisi expresse caueatur, & ideo per stipulationem pacis subsecutę non uideri recessum ab instrumento treugæ: quia licet per prædicta illud fundamentum subla-

tum sit, tamen aliter etiam responderi potest, quòd nouatió
30 dicitur expresse † fieri si per coniecturas apparet, secũdum Afflic. in dec. 44. nu. 15. sed hic apparet partes noluisse a contractu treugæ recedere, non solùm per coniecturas contrahendo pacem, sed etiam expresse deprehenditur secuta postmodum instrũi treugæ cassatione. Neq; est uerosimile, partes sublata inimicitia, uoluisse se obligare in duriorẽ cãm, & in maiorẽ summã de qua obligati erãt stante inimicitia. Et licèt nõ appareat instrm treugæ de partiũ consensu expresse cassatũ fuisse, cũ in cassatura non dicatur de partium uoluntate: tamen prout su-
31 pra dixi. nu. 13. cum cancellatio semper ad illam causam trahatur ob quam facta fuit, ut not. Aug. Arimi. in addit. ad Ang. in tract. male. in uerb. dandis, & soluẽdis. uersi. tu autem, nu. 8. & cassatura exprimitur facta propter pacem inter dictas partes sequuta, & sic relatio expresse habita fuit ad actum inter eas concorditer sequutum, meritò dicendum est quòd instrumentum treugæ fuerit cassatum de partium consensu, cum nõ sit uerosimile, quòd Notarius illud cassare uoluerit nisi partibus consentiẽtibus: & notarius pro se præsumptionem habet, ut no. Spec. in tit. de test. §. 1. uersi. quid ergo. Et dato quòd instrumentum non fuisset cassatum, tamen nullum posset producere effectum: quia ut dixi supra, num. 12. accessorium sequitur naturam sui principalis. c. accessorium. de regu. iur. in 6. &
32 & ibi Din. & Io. And. in add. no. quod † ubi causa principalis non subsistit, neque ea quæ sequuntur, subsistunt. Et quòd ista regula procedit siue loquamur in principali inducẽdo siue tollendo, siue confirmando: sed cum inimicitia ob quam treugæ instrumentum fuit confectum, de medio sublata sit, sequuta pace: ergo & instrumẽtum treugæ sublatum uidetur. par enim est uirtus taciti & expressi. l. cum quid. ff. si cert. peta. & quod sublato principali tollatur accessorium, habetur in l. si finita. § postea. ff. de dam. infec. Nec aduersatur quod cancellatio in margine facta instrumentis substantialia non habeat, & ideo eius uires non annullat secundum comunem opinionem doctorũ. in l. si unus. C. de testa. ubi Bar. Ang. & Paul. Cast. in cõsi. 132. uolum. Alex. in consi. 14. uisis. uolum. 6. & in d. consi. 104. nume. 7. uol. 4. quia respondetur stilum esse in contrarium. prout ex libris maleficiorum apparet. & stilus pro lege seruatur. c. li-
33 cet. † de simo. l. 3. §. fi. ff. de testi. & Abb. in c. ex literis. num. 6.

de constit. Minusq́, contrariat quòd in instrumento pacis per partes fuerit dictum quòd annullabant treugæ instrumentum, & sic illud in suo robore remansisse uideatur, & maxime in stricti iuris contractibus: quia unico fundamento responderi potest frustatorium fuisse exprimere, quæ tacitè inerant. Nam inimicitia per pacem sublata, & omnia inde secuta sublata cẽsentum per supra deducta. Neque aduersatur, quòd primus contractus non extinguitur nisi secundus sit perfectus, quia immo absq; eo quòd filij ratificauerint pacem secundus erit perfectus: quia ratificatio non erat necessaria per ea quæ dixi supra num. 19. Et contractus dicitur perfectus quando ab eo disce-
34 di † non potest, ut not. glo. Instit. de empt. & uendit. in princ. in uerb. uno modo. & ibi Ang. si rectè ponderetur à contrario sensu: quod argumentum ualet in iure, ut Dec. declarat in consil. 563. nu. 4. dicit enim Ang. quòd anteaquàm contractus sit perfectus, licita est hincinde pœnitẽtia & partes possunt ab eo discedere: sed hic partes ab isto discedere non possũt. ergò contractus erit perfectus. Vltimò non obstat argumentum à consensu cessante, uidelicet, quòd quãdo aliquis mihi facit pacem nomine suo, & Titij ac Sei, & promisit quòd illi ratificabunt. tunc meus consensus antequã illi ratificauerint à totaliter non accedit: quia quemadmodum ratificatio pendet, consensus etiam pendet, & sic præsumptio non est eos tacite uoluisse annullare instrumentum treugæ. Nam secuta ratificatione promissa in pacis instrumento. Quibus de facili respondetur per ea quæ deducit Marsi. in consi. 9. nu. 49. ubi dicit quòd
35 si pax facta fuit pro me, & affinibus, † & adhærẽtibus & cõplicibus meis cum promissione de rato, quòd si affines, & adherentes contrauenerint, licèt non ratificauerint cõmittitur pœna in instrumento contesta. Et eo magis hoc procedunt in casu isto ubi pater promisit pro filio quem obligauerit potuit, secundum Bal. in l. qui infanti, nu. 9. C. de iur. delib. & in l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. Et contrahendo pater filijs præiudicare poterit in modo licito, vt per Paris. in consi. 72. nu. 39. uol. 1.
36 Et Cor. in consi. 40. in hac. num. 12. uolum. 2. dicit † q̃ rarò, uel nunquam committeretur pœna treugæ, uel pacis ruptæ, si ratificatio esset necessaria cum unaquęq; pars promittit de rato pro se, & suis, & rarò deuenitur ad specificam ratificationẽ omnium suorum. Et eiusdem sententiæ est Marsi. in d. cõsi. 9. num.

37 nu.48. Postremò † pœnæ potius molliẽdæ quàm exasperandæ sunt.l.praeces.ff.de pęn.& not.gl.in l.id est.ff.de dol.& sententia quæ maiori nititur pietati, cæteris præponitur, secundũ glo.in c.si quis dederit.in uerb. humanius.24.q.1. & iudicem oportet potius clementiæ quàm seueritati studere, ut no.Din. in c.odia.de reg.iur.in 6. ideo stante probatione nouæ causæ iniuriæ, uidetur de iure concludi posse dictum Hieron .patrẽ Frac. a pœnã conuẽtionali treugæ, & pacis liberari posse, &c.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta odijs non præiudicat.*

2 *Sententia inter duos Nobiles lata super iurisdictione vnius Castri, hominibus dicti Castri non præiudicat.*

3 *Vniuersitas citari debet quando agitur de iurisdictione contra dominum illius vniuersitatis.*

4 *Contra præsumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium. nisi per confessionem partis.*

5 *Sententia lata cõtra dñm directũ, præiudicat vasallis scientibus.*

6 *Sententia lata contra proprietarium, nocet vsufructuario.*

7 *Temporis diuturnitas facit præsumere omnia solemnia extrinseca interuenisse.*

8 *Consensus interuenisse præsumitur concurrente longa possessione, & patientia illius diuturna, cuius requirebatur.*

9 *Res inter alios acta qualiter intelligatur.*

10 *Notitiam habuisse de aliqua sententia quando præsumatur, relinquitur iudicis arbitrio.*

11 *Domini interest subditos non mutare, & similiter subditorum interest dominos non mutare.*

12 *Territoria secundum vicissitudinem statuum mundanorum sæpe mutantur.*

13 *Sententia lata super subiectione vasallis ea non nocet cum ignorantibus.*

14 *Ratificatio non extenditur ad ignorata.*

15 *Ratificatio vt teneat quæ sint necessaria.*

16 *Temporis certitudo per initium & finem certificatur.*

17 *Sententia ab illa communitate emologata uidetur, quæ lõgo tempore permisit terminos stare & tacuit: quia sunt ratificare verbo vel facto.*

18 *Volun-*

18 *Voluntatem declarare facto maius est quàm verbis.*
19 *Domini castrorum territoriorū confines mutare non possunt, quia ad Papam, vel Imperatorem tantùm spectat.*
20 *Territoriorum fines Papa, princeps, aut Senatus ponere possunt ad eorum libitum, & eos mutare.*
21 *Rex fines imponere potest vbi voluerit.*
22 *Dominus duorum, vel plurium Castrorum poterit constituere fines vbi voluerit.*
23 *Fundus patrisfamilias destinatione per regiones constituitur.*
24 *Rex in suo regno monarcha erit.*
25 *Termini agrorū æquiparantur finibus ducatus, comitatus, & similium.*
26 *Argumentum a simili valet in iure.*
27 *Ratio vbi erit similis eadem iuris dispositio esse debet.*
28 *Dominus, Comes, vel Baro duorum, aut plurium Castrorum arbiter erit in constituendo fines infra sua territoria.*
29 *Ius idem est in minoribus quod erit in maioribus.*
30 *Territoriorum diuisio facta per eorum domos, valebit.*
31 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm quod ipse habet.*
32 *Domini Castrorum iudicibus fungendi vice censitorum authoritatem dare poterunt.*
33 *Iudex per adiudicationem poterit facere tuum quod est meum.*
34 *Regula habens pro se facit incumbere onus aduersario probandi exceptionem a regula.*
35 *Regulæ standum erit, vbi non apparet expressa seu specialis dispositio.*
36 *Confines sine Principis consensu præscribi non possunt.*
37 *Priuatorum possessio nihil operatur contra illud quod est a principe ordinatum.*
38 *Diuisio Regnorum, territoriorum Diocœsum Parrochiarum, & Plebatuum quibus sit reseruata.*
39 *Ius figendi terminos est vniuersalis Imperij, & ideo alienari, vel diminui non poterit: & vbi non cadit alienatio, nec præscriptio cadere poterit.*
40 *Confines præscribi non possunt nisi spatio centum annorum, vel ꝙ non sit memoria in contrarium.*
41 *Centum annorum spatio omnia præsumuntur ritè facta.*
42 *Priuilegium præsumitur, vbi quis per immemorabile tempus possedit: & melius est in illo se fundare quàm in præscriptione.*

QVAE-

QVAESTIO. XXVI.



E anno.1382. Gaius deputatus fuit Commiſſarius ab Illuſtri Pompeo trium Caſtrorum domino, uidelicet, C. A. & S. ſuper controuerſijs confinium vertentibus inter homines Caſtri C.ex vna & homines Caſtri A.ex altera: qui pronunciauit Caſtri C.tenimentum extendi debere ad locum nuncupatum Sempronianum, incluſiuè. Et de anno 1490.quidam Fabritius deputatus fuit commiſſarius ab Illuſtri D.Scipione domino Caſtrorum A.& S.& Fuluius deputatus fuit ab Illuſtri d.Alexandro Domino dicti Caſtri C.quis arbitri pronunciauerunt territorium Caſtri C.extendi debere uſque ad locum nuncupatum Sempronianum, incluſiuè & ipſum locum fore & fuiſſe Caſtri C.Super quibus quinque oriuntur dubia.Et priuſquam ea attingam, de uultu tuo Domine iudicium meum prodeat, & oculi mei uideant æquitatem. Primum igitur erit, An ſententiæ latæ contra dominum directum ſuper finium reſtrictione, uaſallis præiudicent. Secundum, an ſententiæ uideantur emulgatę ab uniuerſitate & hominibus Caſtri S.ex quo præſumitur quòd ſpatio centum annorum paſsi fuere locum Sempronianum ſtare in territorio Caſtri C.prout in dictis ſententijs. Tertium, an domini Caſtrorum confines territoriorum imponere poſsint ubi eis placuerit. Quartum, an domini territoriorum Iudicibus authoritatem dare poſsint fungendi uice cenſitorum. Quinto & ultimo, an confines præſcribi poſsint. Et quo ad
1 † primum ratio dubitandi fuit, quia ipſi de Caſtro S.ad dictum iudicium uocati non fuere, ideo ſequitur reg.quòd res inter alios, acta alijs non pręiudicet.ut not.glo.in c.ueniens.el.2.in uerb.utraque pas.de teſti.l.ſpe.de re.iud.c.dilecto. in fin. de præb.& dig.c.cum ſuper.in fin. & c. quamuis. cum pluribus
2 concor.in glo.extra.eo.tit.& † per Anch.in conſi.2 o.num.2. & per Abb.in d.c.quamuis.nume.2.referendo Bal.in l.ij.C.de iur.delib.hanc quæſtionem decidere uidetur, dum dicit quòd ſententia inter duo.Nobiles lata ſuper iuriſdictione unius Caſtri hominibus dicti Caſtri non præiudicat etiam quòd de ea notitiam habuerint, quia cum prohibere non potuiſſent, taciturnitas

turnitas eis nón nocet, & subdit Bal.consuluisse quòd uniuer-
3 sitas citari debeat quando agitur de † iurisdictione contra do-
minum illius uniuersitatis:& prædicta sequitur Capici.in decis.
20.nume.18.In contrarium tamen fatere uidetur: quia dictæ
sententiæ transierunt in rem iudicatam cuiuscumque fuerint
iudicis,& pro ueritate habentur.l.res iudicatæ.ff.de re iud.c.
4 cum † inter,extra,eo.tit.ex quibus iuris & de iure præsumptio
resultat,contra quam probatio in contrarium non admittitur,
nisi per partis confessionem, siue latæ fuerint de præsenti siue
non,siue in præsentem siue in absentem ,contumacem uerum
uel fictum,secundum Gram.in decis.24.nume.6.& nume.13.
per l.res iudicata.ff.de reg.iur.& c.cu inter.de re iud. Et quòd
5 sententiæ latæ contra Dominum† directum præiudicent uasal-
lis scientibus,& ecōtra, Afflict.in decis.396.dicit ita notatum
fuisse in consilio vicariæ, sicuti & sententia lata contra proprie
6 tarium nocet † usufructuario scienti ut ibi per eum,& habetur
in decis. Delph.q.880.Nempe isti de Castro S.de dicta senten
3 tia notitiam habuerint ut colligitur ex † tanta temporis diu-
turnitate , ubi omnia solemnia extrinseca interuenisse præsu-
muntur spatio centum annorum secundum Calca.in consi.90.
num.4.& habetur in meo tract.fini.reg.c.104.num.4.& in c.
115.num.11.licet Alex.in consi.101.num.7.& 8.uol.7.atte-
stetur communem esse opinionem,spatio 30.uel 40.annorum
induci talem præsumptionem,& eam sequitur Boer.in q.281.
num.15.in 2.par. Et ut dicit Alex.in consil.12.uiso processu.
num.7.uolum.4.concurrente longa possessione & patientia
8 illius † diuturna cuius consensus requirebatur,præsumendum
erit interuenisse. Neque refragari videtur huic opinioni di-
cta Reg.res inter alios acta &c.quia licèt ex supradictis subla-
ta uideatur,nihilominus poterit etiam responderi secundum
deducta per Abb.in d.c.quamuis nume.3.de re iud.quòd indi-
9 stincte † procedit dicta reg.quo ad omne præiudicium uel com
modum respectu pleni præiudicij uel commodi sed prodest
uel nocet quoad præsumptionem ex quo ius absentium tangit,
per not.glo.& Bar.in l.si duo.ff.de iureiuran.& c.interroga-
tum 2.q.5.Et ideo potuit præiudicare illis de Castro S.in hoc
quòd præsumantur habuisse notitiam de illa sententia,uel quòd
in eo interuenerint iudicio aut saltem p. obabit inter præfatos
Dominos Castrorum ita fuisse sententiatum , ut scribit Aym.

Crauet.

Cravet.in consi.65.nu.6.uolum.1.uel secundum Bar.in l.admouendi,num.32.ff.de iur.iuran.faceret semiplenam probationem:aut secundum Abb.in citato loco,iudicis arbitrio hoc
10 relinqueretur, qui † arbitrabitur secundum quòd sententia ius absentium tangit,& ibi in apostilla in uerb.semiplenam plura ad hoc propositum deducuntur. Neque resistere uidentur no.per Abb.in d.c.quamuis.num.28.Nam ut dicit Capic.in d. decis.20.nume.18.talia procedunt in sententia lata super subiectione:quia secundum Abb.in d.consi.3.nume.7.uersic. &
11 iuxta theoricam.uolum.2. & Gemi.in c. † præsidentes.nu.3. de heret.in 6.sicut interest domini subditos non mutare similiter subditorum interest dominos non mutare,per ea quæ deduxi in dicto meo tractatu finium reg.c.11.nume.12. Et ideo non loquitur in terminis nostris,ubi de territorij restrictione
12 tantùm † tractatur,quæ fieri potuit cum territoria secundum uicissitudinem statuum mundanorum sæpe mutentur.c.lege. 50.dist.c.1.& c.quippe 3.q.6.& Brun.in consi.109. nume.8. uel ut inquit Fel.in d.c.dilecti nu.1.de maio.& obed. domini subditis inuitis Castrum alteri subijcere non possunt, & ideo
13 aliud erit in Castri subiectione,ubi maius fit † præiudicium quàm in territorij restrictione.Itaque sententia lata super subiectione uasallis, non nocet eam ignorantibus, ut tradidit Alex.in d.l.sæpe.nume.103.ff.de re iud.& Feli.in d.c.cum super.num.13. uersi.sententia lata.de re iud.& Didac.Couarr. in lib.pract.quæstio c.13. uersi.huic etiam opinioni aduersus communem.pag.94.colum.4.in fi. Et secus esset in territorij restrictione per supra dicta ubi tantum præiudicium non fit
14 subditis. Secunda etiam dubitatio,†inutilis non fuit,quia ratificatio non extenditur ad ignorata secundum Bald.in l.obseruare.§.proficisci.in 4.q.ff.de offic.procon.& lega.& in l.manife.C.de rei uend.& in l.j.in 29. oppo.in fin.qui admit.quem refert Ias.in l.nec 15.§.1.nume.8.ff.de acq.hæred.& quæ sunt necessaria ad hoc ut teneat ratificatio, declarantur à Barba.
15 in c.nonnulli.§.sunt & † alij colum.7.in princ.de rescrip.& ideo isti de Castro S. ratificare nõ potuere quæ ignorauerunt. Contrarium tamen uidetur dici posse,quòd ex quo per tot annos passi sunt locum Sempronianum stare in territorio C.& interminum diuidentem territorium C.à territorio S.ut probatur per aliquos testes examinatos ad instantiam Castri C. &

qui

qui depoſuerunt uidiſſe terminum lapideum eſſe terminum territoriorum Caſtri S. & Caſtri l.ſequitur præſumptio quòd ex quo dictæ duæ ſententiæ in rem tranſierunt iudicatam, ut dixi, quòd etiam executioni demandatæ fuerint, ex eo quia repertus fuit terminus affixus moderno tempore diuidens dicta duo territoria, quia ſicuti ſecundum Bal.in l.talis ſcriptura. in uerſi.in tex.ibi initium & finem certificatur, & ſimiliter prædicta per principium & finem certificari potuerunt.
16 dicta per principium & finem certificari potuerunt. † Et alia etiam poterit colligi præſumptio ſecundum Alcia.in regu.2. præſumpt.13. quòd ſi termini per longum tempus ſteterunt affixi, & prout hic præſumuntur ſtetiſſe ultra cẽtum anno s, tũc ſententia uideatur emulgata ab illa communitate quæ tam diu
17 permiſerat illos terminos ſtare, & † tacuerat: quia paria ſunt ratificare uerbo uel facto, l.paulus reſpondit.ff.rem rat.hab. Lap.in allegat.ſuis.in q.57.nume.12. Bald.in l.j.C.qui accuſ. non poſ. Dec.in l.emptor qui non prohibet, num.8.ff.de reg.
18 iur.Pariſ.in conſi.77.num.34.uolum.1.& † plus declarare uoluntatem ſuam actu quàm uerbis, prout concludit Cæpol.in l.ei qui.ff.de edil.edic.per l.contractus.ff.de reg.iur.& Gram in ſuis conſi.ciuil.conſi.150.num.24.& dixi in meo tract.fin. reg.c.105.nume.2. Super tertio dubio uidetur dici poſſe, quò domini Caſtrorum confines territoriorum mutare uel uari-
19 re, aut † diuidere non poſsint: quia ad ſolum Papam uel Imperatorem ſpectat diuiſio regnorum, territoriorum, diœceſum & parochiarum: & eis reſeruata eſt in ſignum uniuerſalis imperij, iuriſdictionis, & actus, ſecundum Calca.in conſi.90.qu iſto q.num.160.& ideo ad alios inferiores ſpectare non poſſet. In contrarium tamen quòd fines ponere poſsint Princips
20 † inferiores vbi placuerit: uidetur dicendum ea ratione, qu ſicuti Papę uel Principis aut Senatus officiũ erit territoriorum fines ponere & eos ad eorũ libitũ mutare, perimere, aut uarre uideli et Imperator in toto terrarum orbe prouincias didere poterit, & Papa diœceſes ac confines ponere in terris ſo eis eius iuriſdictioni ſubiectis: Similiter & Epiſcopus parchias ex cauſa diuidere poterit, ut habetur in glo.in c.1.iuxta glo.in uerb.diuiſiones.10.diſ.1.& conſuluit collegium Pa en ſe relatum à Curtio Seni.in conſi.57.colu.11.uerſi.quinto. & uerſi.& plus quia.& declarat Calca.in d.conſil.90.num.7. & quos ego retuli in d.meo tract.fin.reg.c.2.in fin.& c.2.&
iem

idem uult in Rege Andre.de Iser.de cer. inuesti.c.I.§.fin.nu. 10.uersi.item rex.in usi.feud.dicens Regem constituere posse
21 † fines ubi uoluerit cum de re sua facere possit quod sibi pla-
22 cet,sicut magnus Cestor. Et ea simili ratione † facere poterit Dominus duorum uel plurium Castrorum, secundum Calc.in citato consi.90 .num.6.& 7.arg.l.quod principis. in verb.constituemus. ff.de aq. plu. arc.ubi notatur quòd dominus vtriusque prædij poterit ea diuidere,& confines ad eius libitum
23 † ponere sicut etiam patrisfami. destinatione fundus per regiones constituitur, ut not.glo.in l.si quis duas.§.si quis partem.in uerb.sed fundus.ff.comissi prædi.& Bar.in l.quod in rerum.§.si quis potest.ff.de leg.I. Et ad hoc etiam facit l.ij.C.de noxa.l.in re mandata.C.manda.& l.uidetur.§.si cõstat.ff.commu.præd.ubi habetur,quòd rei suæ quisque legem imponere poterit,& quilibet in suo facere potest quicquid uult.ut not. glo.in l.Proculus.in fin.ff.de dam.infec.& in l.sicuti §.Aristo.si
24 ser.uendi. Et ueluti Rex in suo † regno monarcha erit secundum Andre.de Iser.de prohib.feu.alie.§.quoniam. nume.5. in usi.feud. Similiter Comes, Baro, & dominus duorum,uel plurium Castrorum,& territoriorum ea diuidere poterit, & in eis facere quicquid uult,quia erit monarcha in castris, & territo-
25 rijs suis. Et eo magis † ista procedunt, quia animi destinatione talia fiunt,& agrorum termini æquiparantur finibus Ducatus, Comitatus,& similium, este Hostien.in c.super eo.quem ibi se
26 quitur Abb.in fi.de paro. Arguẽdo † igitur a simili, quod argumentum ualet in iure.l.non possunt.ff.de leg.l.2 .ff.de offi.præ fi.l.1 .C.de Lbe.præte.c.in causis de re iud.c. inter cæteras. de rescrip.& no.glo.in l.1 .in princ.in uerb. quia nec testari. ff. de leg.3 .& eo maxime ualet secundum Barto.in l.apud antiquos.
27 colum.1 .in fi.uersi.& nota.istud † argumẽtum. C. de fur.quando similis erit ratio: quia eiusdem iuris debet esse dispositio.c. cum dilecta.de confir.uti.uel inuti.c.translato.de const.& l.illud.ff.ad l. Aquil. & prout hic esse uidetur. Sicuti enim quilibet dominus erit arbiter, & moderator in constituendo fines in duobus,vel pluribus agris suis, illos ad eius libitũ diuidẽdo, ut dixi,ita dominus Comes,uel Baro,duorum,uel plurium Ca-
28 strorũ, † & territoriorũ arbiter erit,& moderator in imponen-
29 do fines infra sua territoria, ut sibi placuerit. cũ † idem ius sit in minoribus,quod erit in maioribus.c.maioribus. de præb.&

sic

30 sic † territoriorum diuisio facta per eorū dominos, ualebit, ut habetur per Alber. Bru. in consi. 34. num. 9. Hostien. in c. fin. de succes. ab intest. & Soc. in consi. 166. in causa communitatis. uolum. 2. & dixi in meo tract. fin. reg. c. 11. nu. 9. In quarto autem dubio uidetur dici posse, quòd præfati Domini Castro-
31 rum iudicibus † authoritatem dare nō potuerint fungendi uice censitorum: quia nemo plus iuris in alium transferre potest quàm quod ipse habet. l. nemo plus. ff. de reg. iur. & ad hoc plura ibi congerit Dec. sed istud ius est reseruatum summo Pontifici, & Imperatori, ut uoluit. Calca. in d. consi. 90. quia ista. q. num. 16. ideo illud non potuerunt transferre in alios. In con-
32 trarium uerò facere, † uidetur, quòd Domini Castrorum iudicibus authoritatem dare poterunt fungendi uice Censitorum, ut habetur in glo. in l. ergo. §. alluuio. in uerb. censitorum. ff. de acq. rer. dom. & Andr. de Iser. in proximo citato loco est eiusdem sententiæ: quia quilibet in re sua est sicut magnus censi-
33 tor: subdēs iudicem † per ad iudicationem facere tuum quod est meum, ut Instit. de offi. iud. in fi. & sic poterit uni terrā adiudicare. & illum cui adiudicatur cogere ad dandum alteri pecuniam, ut habetur in l. 2. 3. & 4. ff. fini. regun. Vnde succedit regula: Qui per alium facit, per se ipsum facere uidetur. c. qui per
34 alium. de reg. iur. in 6. Et ubi † quis pro se regulā habet, aduersarius exceptionem a regula probare debet. Bald. in l. 11. nu. 7. uersi. unde si aliqua causa specialis est. ff. si quis in ius uocan. & probatur in l. suus quoq;. uersi. puto. ff. de hæred. instit. & c. uenerabilis. §. fi. in uerb. postquam. de sent. excōm. in 6. & prędicta refert Curt. in d. consi. 53. colum. 7. uersi. & istud. subdens
35 cum † casus in cōtrarium nō reperiatur, nec appareat expressa, seu specialis dispositio, regulæ standum erit, a qua recedere non debemus nisi quatenus prouisum reperiatur, secūdum Ab-
36 ba. in consi. 3. num. 2. uolum. 2. Vltimò † neque inconueniens fuit dubitare an confines præscribi possit. Et ratio dubitandi fuit, quia sine principis consensu minime pręscribuntur d. c. licet. iuncta glo. 16. q. 3. cum priuatorum possesio nihil ope-
37 retur † contra illud, quod a Principe statutum, & ordinatum fuit, & contra illud præscribi non possit secundum Io. Andr. in c. 1. de cler. egro. & Ang. in l. sicut. C. de præscr. 30. uel 40. anno. & Bal. in rub. C. de præscrip. & in l. nullo. C. de rei uend.
38 quos refert, & sequitur Calca. in d. consi. 90. nu. 16. † subdens ad

ad Papam,& Imperatorem spectare diuisionem regnorum territoriorum,dioecesum parrochiarum,uel plebatuum,& eis esse reseruatam in signum uniuersalis iurisdictionis Imperij, & 39 actus.Et ideo cum † tale ius figendi terminos,ad territoria diuidendi sit uniuersalis Imperij,alienari, uel diminui non potest:& ubi non cadit alienatio, nec præscriptio. Contrarium autem uoluit Curti.in d.consi.57. colum. 11.uersi. & plus circa. plura ad hoc cumulando,ubi dicit prædicta intelligenda esse, 40 quòd fines præscribi non† possint 40.annorum spatio:nō autem procedunt in centenaria præscriptione, uel tanti temporis,quod in contrarium memoria non sit.Et prout hic centum annorum tempus,& ultrà lapsum fuit a die prioris sententiæ: & tanti temporis cursu omnia rite facta præsumuntur secundum Calc.in d.consi.90.num.15.& Rip.in l.quominus.num.102. ff.de flumi.dicens quod ille qui loca publica per immemorabile tempus possidet debet, se fundare in priuilegio,& non in præscriptione,aliàs succumberet: cum ex possessione imme- 42 morabili † priuilegium præsumatur, & sufficit allegare illud. per Bar.in l.cum de in rem uerso.ff.de usuca. & Panor.in cap. peruenit.de censi.& Feli.in c.accedentes.col.5.de præscrip.

SVMMARIVM.

1 *Noua causa allegari potest quando treuga fracta fuit.*
2 *Attestantibus de consuetudine an sit credendum.*
3 *Treuga facta,noua causa allegari non potest.*
4 *Treuga fit ad tempus,ideo temporis finis expectari debet,& postmodum se vlcisci.*
5 *Doctori attestanti de consuetudine quando credendum erit.*
6 *Notorium dicitur,quod a decem testibus probatur.*
7 *Pax inter principales facta,an comprehendat adherentes.*
8 *Pacem faciens pro se, & adherentibus suis, & ante ratihabitionem si quis offensus fuit,an paciscens agere possit ad pœnam.*
9 *Promittens pro se,& affinibus & alijs complicibus cum promissione de rato,alia ratificatio non requiritur.*
10 *Adherentes siue nominati fuerint siue non. comprehensi censentur tam in larga quàm in stricta interpretatione.*
11 *Adherentium siue complicium appellatione veniunt filij.*
12 *Pater potest filium obligare,immo in contrahēdo ei præiudicare.*
13 *Principalis tenetur ad pœnam fracta treugæ.*

14 *Res inter alios acta alijs non præiudicat.*
15 *Promittens pro alio qui deliquit nō pōt cogi ad solutionē pœnæ nisi delinquens per legitimas probationes condemnatus fuerit.*
16 *Citationis defectus est insanabilis.*
17 *Principalis promissor conuenire potest ad pœnam integraliter soluendo, licèt qui non ratificauit conueniri non possit.*
18 *Pater ratione sui præiudicij in capitalibus causis ad defendēdum filium admittitur.*
19 *Vxoris Cognati licèt affinitatis iure iungantur ipsi Marito, & e contra, tamen inter ipsos mariti coniunctos, & vxoris coniunctos nulla contrahitur affinitas, quæ tamen probari debet gradatim, ut in preee, nu. 18.*
20 *Delictum vbi non est, de pœna conuentionali frustra disputatur.*
21 *Dictio Quilibet, attribuit actum cuilibet in solidum.*
22 *Delinquens ad solidam pœnam obligatur, & actio illi soli quæritur qui est offensus.*
23 *Pax si ex necessitate facta fuit, pœna committitur contra contrauenientem tantùm.*
24 *Pœna suos tenet authores, & non alios.*
25 *Iussus iudicis etiam iniustus excusat soluentem pœnam.*
26 *Impossibile licèt reputetur quod à Principis uoluntate dependet illi tamen culpa imputatur qui non fecit diligentiam si quid ab eo obtinere poterat.*
27 *Indemnitatis promissio intelligitur nisi ille cui promittitur dānum sua culpa sentiret.*
28 *Iussus iudicis quando liberat soluentem alteri quàm creditori.*
29 *Inferior à Principe plenitudine potestatis uti non potest.*
30 *Principi specialiter reseruata non comprehenduntur in generali concessione, quæ fieret magistratui temporali.*
31 *Princeps concedendo inferiori de sibi reseruatis, intelligitur concedere cum causæ cognitione.*
32 *Princeps solus cum causa iure tertij præiudicare poterit.*
33 *Inferior nullo modo præiudicare potest etiam cum causa.*
34 *Iudicis coactio facit licitum quod aliàs non liceret, & excusat, & bonam fidem præbet.*
35 *Impossibile dicitur illud quod fit cum difficultate.*
36 *Licitum est aliquando per inferiores aliquid decernere contra statuta ex noua causa.*
37 *Excusat̄ qui soluit aliqd de mādato superioris si ōndit mandatū.*

38 *Ca-*

38 *Captus pro represalijs concessis contra communitatem, vel specialem personam, repetit ab eis illud quod soluit.*
39 *Damni causam qui dat, damnum dedisse videtur.*
40 *Damnum ecclesiæ restituere tenetur, qui occasionem dedit interdicto.*
41 *Damnum passus propter alterius odium, consequitur damnum ab illo ob quem damnum passus fuit.*
42 *Captus pro represalijs etiam iniustè concessis contra illum qui nõ prouidit, habet contra illum actionem.*
43 *Solutio iusta dicitur quando propter dolum, vel culpam siue delictum alterius aliquid solutum fuit.*
44 *Captus à latrũculis, & dimissus, si non reuertitur tenetur ad damnum quod concaptiui passi sunt.*
45 *Conductor, vel emptor si damnificetur ab inimicis locatoris, vel venditoris, ab eis damnum repetere poterit.*
46 *Damnum quod quis passus fuit ab illo qui transiuit per eius fundum, vt celerius iret ad recuperandum Castrum suum, poterit ab illo repetere.*
47 *Solutio ob cuius iniuriam facta fuit attenditur ad hoc, vt solutum repeti possit.*
48 *Actus vbi ad plura delicta si habere potest, semper interpretatio in duriorem partem contra delinquentem fieri debet.*
49 *Delicta suos debent tenere auctores, & non extendi ad propinquos, & familiares.*

QVAESTIO. XXVII.



IN Causa ser Poscijs de Poscijs Ciuis Montis Ilinij, & Horatij eiusdem nepotis & aduersarij, quinque oriuntur dubia super repetitione pœnę treugæ, ut prætendit, fractæ per Horatium ex noua causa ut asseritur quia Fabricium uulnerauit sororium siue cognatum Biellij consanguinei Cæsaris & Antonij ac solutæ per eundem ser Poscium fideiussorem dicti Horatij coactum tamen ab Illustrissimo magistratu decem uirorum reipub. Senensis. Et priusquam ea attingam, pręcor omnipotẽtem Deum & gloriosissimam eius matrem Virginem Mariam ut sensus meos in uiam ueritatis & iustitiæ dirigant. Primum igitur dubium erit,

An in treuga fracta noua causa allegari possit: quę si allegari poterit, uidetur dicendum, ser Poscium indebite soluisse pœnam & nullum ius habere ad eam repeten. contra dictum Horatium cum uideatur satis concludenter probari noua causa.
1 Et quòd in treugà fractà nouæ causa † allegari possit & à pœna excuset, concludit Cor. in cōs. 104. 175. & 217. uolu. 1. & in consi. 42. uolum. 2. Alex. in l. semel mora. ff. solut. matri. & in l. cum proponas. C. de pac. & ibi per Curt. Seni. Ioan. de Monte Sperel. & Claudi. de serset. Imo. in c. 3. de iur. iuran. ubi Fel. inquit quòd talis differentia inter treugam & pacem de iure non probatur, & eum sequitur Franc. de Areti. in l. qui seruum. ff. de uerb. oblig. Andr. Sicu. in consil. 11. in 2. dub. lib. 4. Deci. in consi. 531. Marsi. in consi. 9. num. 48. Corset. in tract. de priuil. pac. consideratione. 117. & q. 118. Aluarot. in usi. feud. de pac. tenen. in princip. nume. 13. Barto. Paul. Castr. in l. quæro præ-dium. C. de edil. edic. Et quamuis opinionem Vincentij Hispani contrarium sentientis sequentes attestentur (prout ipse prius attestatus fuit,) de consuetudine nouam cau-
2 sam † allegare non posse: tamen attestantibus de consuetudine creden. non erit: quia illa est facti: & in dubijs in facto princeps errare poterit. c. 1. de const. in 6. licèt in dubijs iuris secus sit, quia doctoribus creditur quibus iura interpretari concessum fuit teste Alex. in l. post dotem. nume. 29. ff. solu. matri. quem sequitur Ias. in l. de quibus. nume. 79. ff. de legi. Areti. in consi. 133. quem refert Dec. in consi. 472. num. 17. & in l. 2. §. mutui datio. nume. 8. ff. si cert. pet. dicens quòd si doctoribus consuetudinem attestantibus crederetur, duplex concurreret specialitas, uidelicet quòd testes non iurati admitterentur & testes per scripturam testificari possent: quod nō licet, l. 3. §. item diuus. ff. de testi. c. testes. 3. q. 9. Bar. in l. Theopōtus. ff. de dot. præleg. Cur. sen. in Apostil. ad Alex. in d. l. post dotem. In contrarium autem quòd noua causa de consuetudine allegari non
3 possit, † fuit huiusmodi Vincen. hispa. doctoris magnæ authoritatis opinio in c. 1. de treug. & pac. quem ibi sequitur Feli. & Io. Andr. in rubri. eo. tit. in add. ad Spec. Alex. in d. l. cum proponas. & ibi Ias. nume. 6. & Dec. nume. 7. C. de pac. attestantes opinionem Vincentij de consuetudine potius quàm de iure procedere. idem dixit Deci. in consi. 530. num. 8. & in hanc sententiam conueniunt Archi. in c. illi qui. 24. q. 3. Io. Andre. in c. perue-

peruenit.ibi Ant.de But.& Imo.de iur.iur.Ang.in l.qui seruū. ibi Rafa.& Paul. Cas.ff.de uerb.oblig. Imo.in l.si ex legati cā. ff.eo.Alex.in l.qui insulam.ff.eo.Maria.Soci.in consil.26.La-
4 nuen.colum.9. ubi diuersitatis rationem de † pace & treuga, assignat.quia treuga fit ad tempus ideo temporis finis expectari debet & postea se ulcisci.neque in pace sic erit: quia perpetua est:idem uoluit Marsi.in consi.9.num.51.& in consi.21. nume.60.Iaco.nouel.in sua praxi.crimi.in uerb.quoniam ut
* docet,nume.4.Et ista uidetur esse magis * communis opinio: quòd de consuetudine noua causa allegari nō possit licèt aliud sit de iure,Et quamuis ea ratio quòd finis temporis treugæ expectandus sit,& postmodum se uendicare, non possit habere locum in statu ecclesiastico ubi præsides solent cogere inimicatos ad cauendum de se adinuicem non offendando durantibus eorum officijs,& per unum mēsem post finitum officium & successores in officijs in dicto tempore cogūt illos de nouo ad præstandum similes fideiussiones, & sic treugæ finis nunquam euenire poterit:& ideo ibi fortasse sustineri posset quòd noua causa in treuga fracta allegari possit, ut dixi in q.7.nu-
5 me.18. Nec aduersari uidetur quod † doctori de consuetudine attestanti credendum non sit:cum illa attestatio sit facti, & duplex concurreret specialitas, uidelicet quòd testi sine iuramento crederetur & eius depositio per scripturam fieret: quod non licet, quia illud procedere posset ubi unus tantùm Doctor de ea attestaretur,& non quando plures unius doctoris opinionem sequerentur attestantis de consuetudine. nempe si consuetudo non fuisset talis ut attestatur Vincent.hispa. tot & tanti doctores eiusdem opinionem secuti non fuissent. Vel dictum doctoris facit saltem præsumptionem adeo uehementem,ut per eam probandi onus in contrarium esse in alium transferatur secundum Deci.in l.ij.§.mutui datio.num.8.ff.si cert.pet.& in consi.694.sequitur Aym. Crauet. in consi.166. uolum. 1.Ioseph.Fonta.regen.in consi.97.num.14.in 2. par. consi. Crim.uario.doct. ubi dicit doctori magnæ auctoritatis de consuetudine attestanti standum esse secundum magis com
* munem * opinion.Vel doctori non creditur ut testi sed tan-
6 quam notorium alleganti:quia sicut † notorium dicitur quod à decem testibus deponitur secundum Bal.in authen.cum locum.C.de colla.& Corn.in consi.33.num.7.uolum.1.& simi-
 liter

liter doctoribus numero decem existentibus,& de ista consuetudine attestan.quæ in notorium transiuit creden.crit. Cum ergo ista consuetudo sit notoria allegatione tantùm & probatione indiget, ut not. gloss. in clemen.apostolici. in uerb. alias.de appel.& Bar.in l.j.num.10.ff.de excep.In 2.autem dubio dicendum uidebatur, quòd Horatij ratificatio super treuga necessaria fuisset ad hoc, ut eam frangens in pœnam incideret: quia absurdum esset: quòd quis ad pœnam quam non promisit,teneretur nisi eius mandatum præcessisset,uel ratificatio secuta fuisset.l.si pupilli.§.sed & si ego.& l.Pomponius.&
7 utrobiq; Bar.ff.de neg.gest. Et licet quando † inter principales pax fuit facta, uideatur etiam adherentes comprehendere, ut uoluit Inno.& Io. Andr.in d.c.ad apostolicæ. de re iud.in 6.quos refert Marsi.in d.consi.9.num.48.& ualidum sit argumentum de pace ad treugam,ut ibi per eum: non tamen sequitur,quòd si quis ex adherentibus ante ratificationem aliquem de parte aduersa offenderet: in pœnam conuentionalem promissam a principalibus incideret: sed bene cēseretur facta pax cum adherentibus si de eis specialis facta fuerit mentio,secundum Gem.in d.c.ad apostolicæ.nu.10.& ibi Franc.nu.5.adeo quòd ipsi offendi non possunt absque incursu pœnæ conuentionalis soluendæ.licèt si ipsi offenderent.ad pœnam non tenerentur,sed principales promissores: & paciscēs ad pœnam agi posset,ut expresse concludit Corn.in consi.40.in fi.uolu.2. & Paul.Castr.in l.bonorum.ff.rem rat.hab.Sed præmissis non refragantibus dicend.uidetur, q̄ Horatij ratificatio pro treuga facta necessaria non fuit:quia secundum Ang. in l. si uxor.§.si quis uxorem.in fi.ff.de adult.si quis pacem fecit pro se, & suis
8 adherentibus, † & ante ratihabitionem alter de adherentibus offensus fuit, pax erit rupta.& paciscens ad pœnam agere poterit,licet adherēti offenso nihil debeatur:& in l. quæ religionis. ff.de rei uendi. dicat si pax paciscenti esse non posit sine adherentibus,tunc adherentes inclusi esse censentur per plura, quæ
9 etiam † congerit Marsi.in d.consi.9.nu.48.& 49.ubi concludit,q̄ si quis promisit pro affinibus consanguineis,adherentibus,beneuolis, & complicibus cum promissione de rato pro eis: alia non requiritur ratificatio,& si contrauenerint qui nō ratificauerunt,in pœnam incidunt conuentionalem, ut ibi per
10 eum. Quinimo siue † mentio de adhærentibus in instrumēto

facta

facta fuerit, siue non, tamen de ipsis etiam stipulatum censetur, per Ang. in d. l. quæ religiosis, ibi quàm plura congerit, & per Alex. in 1. addit. ad Bar. in l. si conuenerit. §. 1. ff. de pigno. actio. Et in alia addit. ad Abba. in c. 1. nu. 28. de postul. præla. incipi. Adde quod illi: bene uerum est, quod ibi dicitur, tutius esse de illis facere mentionem, & traditur etiam a Barb. in addit. in d. l. si uxor. §. si quis uxorem. ff. de adult. ubi uult tam in larga quàm in stricta interpretatione adherentes comprehen-
11 di. Et † adherentium siue complicium appellatione ueniunt filij, & nepotes, hoc attestante Bar. in l. unica. C. si rec. prouin. & Feli. in d. c. 1. num. 28. de treug. & pac. Et ista secundũ Marsi. in citato consi. 9. nedum iuri consonant, sed etiam æquitati, & cum eis concurrit experientia rerum magistra. Nam quotidie uidemus fieri paces, & concordias, & principales personas solùm interueuire, & de rato promittere pro affinibus adherentibus, &c. & tales paces absq; aliqua ratificatione ab omnibus seruantur: & si tales affines, adherentes, & sequaces non obligarentur multa sequerentur absurda: & nunquam pax ualida celebraretur. Et eiusdem sententiæ uidetur fuisse Corn. in d. consi. 40. uolum. 2. ubi exprimit, quòd si unus ex adherentibus alium uulnerauit priusq̃ ratificet promissionẽ pro eo factam, contra eum ad pœnam fractæ pacis agi poterit: quia insolitum est similes fieri ratificationes: & prout obseruare uidi in pluribus celeberrimis oppidis status ecclesiastici, in quibus iura moderabam, uidelicet paces, & treugas ab absentibus non ratificari, licet earum uiolatores ad solutionem pœnæ cogerentur: & prout uideo in istis regionibus obseruari: & tãto minus ratificatio Horatij necessaria erat, quia eius pater pro ipso promiserat in instrumento treugæ, unà cum ser Poscio Princi
12 paliter, & insolidum obligato. Et † qui potuit filium obligare, secundum Bal. in l. si infanti. C. de iur. delib. & in 2. C. de patri. qui filios distra. Immo in contrahendo pater filio præiudicare poterit, ut declarat Paris. in consi. 129. uol. 2. Vel dato etiã
13 quòd opinio Marsi. in d. consi. 9. uera nõ fuisset, † uidelicet, ꝙ principalium promissio adherentes absq; ratificatione non ligaret, tamen negari non potest, quin principales ad pœnã treugæ fractæ teneantur, per relata a Corn. in d. consi. 40. in fi. uolum. 2. & in consi. 42. plura. co. uolum. & in consi. 51. uolu. 1. Et ideo si Horatius tanquam treugæ uiolator conuenire non

 poterit,

poterit, tamen tanquam heres Putij eius patris principalis promissoris ad pœnā per ipsum stipulatam conueniri poterit. In tertio autem dubitandum uenit si citatio Horatij ad comparendum requirebatur coram illis magnificis decemuiris ad hoc ut processus factus ipsum afficeret. Et uidebatur dicendum quod
14 sic per l. de unoquoque ff. de re iud. Et † uulgata reg. res inter alios acta, alijs non præiudicat. & not. glo. in c. ueniens. el secundo. in uerb. utraque pars de testi. & sæpe, de re iudic. c. super. in fi. & c. quamuis. cum pluribus concord. in glo. ext. eo. tit.
15 Accedat quod cum aliquis pro alterius delicto † teneatur, non sufficit citare delinquentem & eum in contumaciam condemnare, sed oportet per legitimas probationes de delicto constare ad hoc, ut posit pro tali delicto alterius conueniri & cogi ad pœnæ solutionem, ut per Bar. in l. cum filius familiàs. nu. 3. ff. de uerb. oblig. cum quo communiter Doct. conueniunt ut inquit ibi Ias. nu. 18. & Ang. de Aret. in. §. fi. Inst. de noxa. Nec uidetur quicquā Pucio patri Horatij imputandum, si filij defensionem contra quem non agebatur minime suscepit: uel
16 si contra eum ageretur ipso nō citato. quia † quicquid contra filium fieret de iure subsistere non poterat cum defectus citationis insanabilis sit. clem. Pastoralis uer. cætera de re iudi. Sta
17 fil. de literis gratiæ, & iustitiæ uersi. postremo fol. 143. † Istud tamen dubium resolui uidetur ex doctrina Cor. in d. cons. 47. uol. 2. ubi in fi. uult quòd principales promissores conueniri posint ad pœnam integraliter soluendam, licèt ille qui non ratificauit, conueniri non posit & eum in casu isto fuerit conuentus & carceratus eius pater principalis promissor unà cum dicto ser Poscio etiā principali promissore Horatij citatio necessaria non fuit quia non tractabatur principaliter de eius interesse, sed Puccij patris sui. Et ex his cessant etiam quæ obijci posint quod ser Poscius fuit in culpa in non deducendo ea coram decemuiris, quæ si allegasset sibi & Horatio, iuuare potuissent, quia si ea deducta non fuerunt, potius eius patri imputandum erit, cuius officium erat filium defendere: cum in
18 iure cautum sit quod in capitali † iudicio pater ratione sui interesse admittatur ad defendendum filium suum propter tot, & tanta beneficia quę consequi posit ex persona filij per ea quæ late congerit Cępol. in cons. 54. nu. 12. & 13. erit igitur præsumendum patrem omnia deduxisse coram prædicti dominis

minis decemuiris, quæ sibi, & Horatio filio opitulari poterat. licèt nihil profecerint. Super quarto autem declarandum uenit; an ser Poscius fideiussor, & Pucius Horatij pater ad ratam dictæ pœnæ conuentionalis teneantur, uel potius solus Pucius ad integram pœnam, ex delicto Horatij eius filij causatam teneatur. Et prima facie dicẽdum uidebatur, quòd treuga fracta minime dici possit, quia consanguinitas uere, & per gradus distinctos ex utroq; latere probari debebat, c. licet quadam. in fi. de testi. & per Ancha. in consi. 32. num. 7. sed quia probata non fuit, ideo Fabritius uulneratus in ea comprehensus non erat: cum nec ratione consanguinitatis, uel affinitatis coniunctus esset Cæsari, & Antonio de Butijs principalibus promissoribus dictæ treugæ, sed tantùm sororius, uel cognatus. Biel-
19 lij de Butijs eius in matrimonium † eius sororem locauerat, & licèt cognati uxoris affinitatis iure iungantur ipsi marito, & e contra tamen inter ipsos mariti coniunctos, & uxori coniunctos, nulla contrahitur affinitas. c. quod super his. de consang. & affinita. ubi Abb. in 2. not. inquit nullam inter ipsos consanguineos oriri proximitatem, uel aliquod uinculum. idem tenet Cor. in consi. 43. uol. 3. & quotidie uidemus inter coniunctos utriusq; coniugũ matrimoniũ cõtrahi. Et eo magis in casu nostro potuisset matrimonium contrahi in t pe illati uulneris, ex
20 quo dictus Biellus defunctus erat, † & uinculum affinitatis extinctum, ut habetur per Bar. in l. qui eorum. §. affinitas. de postu. & ubi non est delictum treugæ uiolatæ, de pœna conuentionali, frustra disputatur, lege prima. ff. de pœn. l. Sancimus. C. eod. cap. fine regula. de regu. iur. in sexto.

Minimeque dictus Fabritius sub stipulatione complicium adhærentium & sequacium comprehendi potuit, iuxt. no. in l. j. C. si rect. prouin. & maximè quia in dicto instrumento treugæ & processu non apparet quòd ipse Fabritius tanquam de adhęrentibus comprehensus fuerit, unde succedunt iuris regulæ uulgares de eo quod non est &c. & quòd actore non probante reus &c. Et quod prædictis minime refragratibus solus Pucius pater Horatij ad integram pœnam teneatur pondero uerba instrũ treugæ, ubi dicitur ser Poscius, ser Nicolai de possijs. & Putius Possij de Possijs nomine eorum proprio ac etiam uice, & nomine omnium suorum consanguineorum, affinium & attinentium usque ad tertium, & quartum gradum complicium adhe-

adhęrentium,& sequacium eorundem pro quibus, & quolibet eorum, quilibet in solidum promisit de rato,&c. Unde euenire posset quòd aliquis reperiretur in quarto gradu cum Pucio & in quinto, uel sexto cum ser Poscio. non erit igitur dubitan. quòd pro tali dictus ser Poscius se obligare noluerit quare ex hoc datur intelligi, quòd quilibet dictorum promittentium uoluerit se obligare pro suis consanguineis, affinibus, & adherentibus alterius promittentis:& maximè cum in instrumento di-
21 catur suorum consanguineorum. Et eo magis quia † dictio Quilibet, attribuit actum cuilibet in solidum, glo.& Bar.in l.si pluribus.ff.de leg.2.Corn.in d.consil.40. ad fin.uolum.2.&
22 Hippo. de Marsi.in singul.337. Immo ille solus qui † delinquit ad solidam pœnam obligatur, & ex offensa facta in persona unius ex stipulantibus ipsi soli actio quæritur ad integram pœnam stipulatam, ut concludit Bar.in l.fin.nu.2.uersi. 3.dico.ff.de duo.re.quę ibi sequuntur Ang.& Imo. Nec in uia decisiua ab opinione Bar. & sequacium recedendnm erit, ut dicit Cor.in consi.161. nume.4.uolum.3. Et si omnes tenerentur pro uirili portione,& nullum contra delinquentem regressum haberent maximum sequeretur inconueniens quòd paces & treugæ nunquam seruarentur, quia offensi considerantes quòd damnum parunm ex pacis, uel treugę uiolatione paterentur, se uendicarent de iniurijs eis illatis: quod esset contra mentem Bar.in l.4.§. Cato.num.32. & ibi Ias.nume.52.ff.de uerb.
23 oblig.ubi dicunt, quòd si † pax non uoluntarie, sed ex necessitate facta fuit prout ista treuga uigore literas Illustrissimorum decemuirum si unus hęredum contrauenirct pœna contra eum & non contra cohęredes committitur. Et istud erit iuri,& æqui
24 tati consonum, quòd † pœna suos teneat authores, & non illos, qui nihil deliquerunt, l.sancimus.C. de pœn.& eo magis Horatius tenetur ad integram pœnæ solutionem, quia est hæres Pucij principaliter obligati, & hoc delictum per ipsum Horatium perpetratum fuit. In 5.autem dubitandum uenit, an ser Poscius carceratus, & coactus, siue iuste siue iniuste ab Illustrissimo magistratu decemuirum soluere pœnam conuentionalem ex causa delicti per Horatium perpetrati ab eo repetere posit solutam pœnam, & damna. Et prima facie dicendum
25 uidebatur quòd quando † iussus iudicis fuisset iniustus non excusat soluentem pœnam, ut per Dec.& Cagno.in l.non uidetur,

tur.§.quia iussus.ff.de reg.iur.Et quamuis decemuirum magistratus sit maximè authoritatis,tamen habebat concilium generale in superiorem ad quod ser Poscius recurrere, & reclamare poterat:quod cum non fecerit, fuit in culpa quæ sibi imputari debet, quia,ut dicit Aymo.Grauet.in consi.64.in fi.licèt repu-
26 tetur † impossibile quod à Principis uoluntate dependet, illi tamen culpa imputatur,qui illud ab eo non postulauit,& quantum in se fuit quæsiuit,an illud obtinere posset, uel non. Vlterius fuit in culpa ser Poscius, quia non allegauit, & probauit Fabritium offensum in aliquo nō attinere parti adersæ, & sicu treugam non fuisse uiolatam. Nam si allegasset,& probasset absque dubio ille magistratus cum non coegisset ad solutionem dictæ pœnę.Et damnum quod quis sua culpa sentit,est si-
27 bi imputandum l.quòd quis.ff.de reg.iur.Hinc est quod † indemnitatis promissio alicui facta intelligitur nisi damnum sua culpa sentiret ille, cui facta est promissio.ut per Soci.in consil. 7.num.1.& quasi per totum uolum.3.quæ sequitur Cagno.in l.quod quis ex culpa.num.4.ff.de reg.iur.Præterea pœna soluta per ser Poscium fuit,ut debita per ipsum uigore suæ promis-
28 sionis, ut in instrumento treugæ: & licèt † iussus iudicis liberet debitorem soluentem alij quàm creditori: tamen procedit quando pecunia fuit accepta, ut debitoris, & non in iniuriam creditoris, u. expresse tenet Bar.in l.creditor.num.2.ff.de so-
29 luti.Et eo magis procedit ubi † inferior à principe plenitudine potestatis uti non potest,secundum Ang.in l.nemo potest. ff.de leg.1. quem ibi sequitur Alex.& Ias.in princ.& Soci.in consi.158.num.31.& sequen.uolum.2.& Gozadi.in consil.5.
30 num.13.Nec in generali concessione † quę fieret magistratui temporali qui non constituitur dominus, & Princeps prouinciæ,nunquam comprehenduntur ea, quæ sunt principi specialiter reseruata, ut not.glo.in c.quod translationem.ff.de off. leg.& sequitur Feli.in c. quæ in ecclesiarum.num.31.de con-
31 sti.Et princeps concedendo † inferiori aliquid de sibi reseruatis,intelligitur concedere,ut ea exerceat cum debita causæ cognitione: non autem cum illa potestatis plenitudine quam habet concedens,ut per Feli.in citato loco, num.49.quem sequitur Capi.in decis.130.num.44.neque iusta causa in dicto magistratu præsumenda erit sicut in principe qui etiam solus cum
32 causa iure tertij præiudicare poterit, l.si ita † uerberatum.§.si forte.

forte.ff.de rei uendi.l.Lucius.de euict.Bald.& Ang.in l.bene a Zenone. C. de quatu.præscrip.Fulg.in consi.144.& plura cu
33 mulat Afflict.in decis.361. Et quod inferior nullo modo præiudicare possit uoluit Soci.in d.consi.158. num.31.& sequen. & licèt haberet principis iura etiam sine causa rem suam alicui auferre non posset,ut per Bal.in l.ij.col.20. uersi. tu uero nota.quòd plenitudo.C.de ser.& aq.Feli.in d.c.quæ in ecclesiarum.num.44.& ibi Dec.num.29.quos sequitur Paris.in consi.
34 6.nume.12.uolum.2. In contrarium autem † facere uidetur quia magistratus coactio eum excusat,ut not.glo.in l.nouissime.in uerb.excusatus.ff.quot.fals.tuto.iussus enim iudicis licitum facit quod alius non liceret secundum glo.in l.furti.§. qui iussu.ff.de his qui not.infa. quam sequitur Ancha.in cosi.409. num.8.subdens præbere etiam bonam fidem per l.generaliter. ff.de noxa.& l.iuste possidere.ff.de acq.possess.& siue iustus siue iniustus fuerit coactus soluere excusatur,& liberatur licèt soluat alij quàm creditori, ut per Cagno.in d.l.non uidetur.§.qui iussu.num.3.ff.de reg.iur.post Bart.in d.l.creditor.ff.de solut. & licèt iussus iudicis iniustus fuerit,tamen excusatur quis propter iudicis præceptum , & ei obedire tenetur,hoc attestante Afflic.in decis.130.num.26.per plura quæ ibi congerit. Et licèt secundum Ancha.in d.consi.409. num.7.dici posset quòd quando iudex deficit de iure, uel facto,uel adiri potest exercitium iurisdictionis suæ ad alium deuoluitur, etiam aliàs inhabilem,tamen nunquam auditum fuit à dicto magistratu dari recursum ad senatum, qui est uerus princeps,ut ex testium depositione constat, & si daretur esset cum difficultate , quia de
35 raro congregatur, & paria sunt † aliqua esse impossibilia ,& fieri cum difficultate secundum Feli.in c.ecclesię Sanctæ Mariæ,in uersi.secundum notabile est.nume.81.de constit.per.c. breui.de iur.iuran.per Floria.in l.usufruc.uenari.ff.de usufru. & latè habet in Sylua nuptiali in q.deuenien.igitur ad quæstionem,num.120. Vel responderi potest huic obiecto secundum Caccialup.in tract.pens.q.9. uersicu.etiam Magnifici domini Priores,quòd licèt isti domini decemuiri qui nunc loco dominorum Priorum sunt, nihil decernere possint contra statuta à populo condita seu populum repræsentantia tamen declarare possunt quando aliqua occurrit difficultas circa alicuius statuti dubij interpretationem, & multo magis declarare treugas uio la-

36 uiolatas fuisse. Inmo quod est † fortius, ipsis aliquando licet aliquid decernere contra statuta à populo facta ex noua causa aut nouiter detecta, quam si populus considerasset, utique permisisset. l. si hominem. ff. mandati. & prout isti domini decemuiri considerantes, qp treugæ pasim in istis regionibus uiolabuntur, uoluerunt in aliorum exẽplum uti illo rigore contra ser Posciuni. & ideo mirum non erit si Horatius teneatur ad pœnam eius causa solutam. Et eo magis, quia iustus timor
37 ser Poscium coegit, secũdum † Bar. in d. l. creditor. num. 3. ubi uult ad ostenden. quem fuisse per uim exactũ a republica, sufficere ad debitoris excusationem si ciuitatis ordinamentum super hoc factum ostenderetur: prout ser Poscius ostendit ordinamentum D. decemuirum factum super solutione per ipsum facienda de dictam pœna: & quod est fortius ostendit etiã carcerationem de eo factã, quam tamen subire non tenebatur, secundum Afflic. in d. decis. 150. num. 23. & ideo dici potest ex iusto timore eam soluisse debitam, & non culpa sua, sed Horatij, & in illius iniuriam coactum soluere. Accedunt ad hoc no. per Bar. in l. nam, & seruus. in princ. ff. de neg. gest. ubi habetur
38 quòd si quis pro † represalijs contra suam cõmunitatem concessis, uel aliam specialem personam captus fuerit, & aliquid soluerit, poterit a communitate, uel speciali persona repetere, quod soluit. Et si opponeretur, qp ei iniuria esset facta, respondere poterit istam iniuriam factam fuisse propter alterius factum, & sibi non obesse. & ista fuit peius opin. Iaco. de Are. in l. 2. §. item si in facto, quam communiter sequuntur doctores, prout attestatur ibi Ias. nu. 22. ff. de uerb. oblig. & pro quà cõ-
* muni * opinione dicit facere regula. Quod qui causam damni
39 dat. &c. teneatur † ad dãnum: reducẽdo etiam tex. in l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aq. & tex. in c. fi. in fi. de iniur. & dam. not. glo. in c. sicut. de test. & glo. sing. in c. si canonici. §. si aũt. in uersi. occasionem. de off. ordina. in 6. ubi habetur, quòd qui
40 occasionem † dat interdicto ciuitatis, tenetur ad restitutionem damnorum, quæ ecclesię religiosis, uel hospitali illius loci occasione interdicti in oblationibus, & eleęmosinis passæ sunt, quam glo. sequitur Marsi. in consi. 115. num. 21. Et ideo, secundum illam glo. non solum peti potest, quod solutum fuit, sed etiam damna, & lucra cessantia, ut de damnis, & interesse sentire uidetur Bal. in auth. & omnia, ad fi. C. ne ux. pro marit.

Et

Et licèt ista intelligātur, quando represalię dolo, uel culpa, aut delicto illius concessę fuissent, & sic iuste secūdum Ang. in l. 2. §. ex ijs. nu. 1. ff. de uerb. oblig. & prout in d. §. item si in facto, declarat Ias. tamen in fortioribus terminis, ut ipse declarat referendo Abb. in consi. 21. in q. quæ ad præsens, uertitur inter
41 Iacobum. nu. 2. uol. 2. si iniuste, & in †odium tuū aliquo damnum sim passus, contra te agere possum, & repetere a te quod solui: & deducit etiam Bar. in d. l. nam si seruus. ff. de neg. gest. & in d. l. creditor. ff. de solut. Et licèt Ias. ibi Abb. reprobet, nihilominus ab alijs non reperio reprobatum, & potius eius opinioni quam Ias. standum erit: & tanto magis, quia Alex. in d. l.
42 2. §. item si in facto. in fi. ff. de uerb. oblig. dixit, † quòd si præcessit factum illius propter, quod represalię concessę fuerūt, si ille talis non prouidit eo modo quo potuit, etiam si iniustitia illi facta fuisset, tenetur illi qui captus fuit. Et sic dato, quòd ser Poscius iniuste coactus soluere fuisset cum tamen Horatij facto causauerit, qui nihil prouidit, imo latitabat, meritò dicendum uidetur, quod obligatus sit. Et in ista opinione Abba. inclinare uidetur Afflic. in d. decis. 150. num. 26. plura ad hoc cumulando, licèt nullam de Abba. mentionem faciat. Aut etiā
43 respōderi potest † quòd iusta causa solutionis dicitur quando propter dolum, uel culpam, siue delictum tuum aliquid soluitur. ut dicit Bal. in d. l. nam, & seruus. ff. de nego. gest. quia a te repetere possum quod soluit: prout ser Poscius soluit ob culpā uel delictum Horatij propter uulnus illatum in personam Fabritij: & ideo uidetur dicendum, quòd posit repetere solutū: prout in simili dicit Ange. in l. fi. ff. si fami. fur. fecis. dicat. quòd si duorum familia delinquerit uno iubente, & altero ignorante, quicquid soluit ignorans a iubente repetit. Similiter dedu-
44 cuntur relata † a Cor. in consi. 23. nu. 2. uolu. 2. ubi si quis a latrunculis captus fuerit, & dimissus cum hoc quod reuerti debeat, licèt benefaceret non obstante promissione si non reuerteretur: nihilominus si ex illo facto suo iusto alij captiui fuerint damnificati, cum factum suum esset ad illud ordinatum, ut reuerteretur, licèt iustum esset non reuerti: tamen illis concaptiuis dānum resarcire tenetur, per Ang. in d. l. nam, & seruus. ff. de nego. gest. Et Cor. in consi. 38. quamuis. nu. 21. eo. uolu.
45 dicit si guerra ab inimicis locatoris, uel uenditoris moueatur, siue iuste siue iniuste, & ex hoc conductor, uel emptor damnificetur:

ficetur: tunc locator, uel uenditor ad damni emendationem tenetur, uelut ipse Cor. ibi dicit, si alicui nobili unum castrum ereptum fuerit, & ipse nobilis, ut celerius iret ad illud recuperandum, transiuit cum hominibus per fundum Titij, & eũ damnificauit, & si uoluisset Titij damnum euitare tardius iuisset, & uerisimiliter castrum suum non recuperasset, licet omni careat culpa: quia fecit, quod quilibet diligentissimus, & prudentissimus fecisset, iuxta Theori. Bar. in l. cum nerua. ff. depo. nihilominus ad damni refectionem dati Titio tenetur. Et ideo cõ
47 cludendum uidetur, ꝙ quado † de iudicis mandato aliquid soluitur, considerandũ erit propter cuius iniuriam solutio fuerit facta: & non erit attendendum si solutum erat debitum, uel non: & ista consideratio colligi uidetur ex relatis a Doct. in l. nam, & seruus. ff. de neg. gest. & per Afflic. in d. decis. 150, nu. 26. & 27. & a Cor. in d. cons. 23. & 38. uol. 2. Et ex mente Cor. & Ias. in citatis locis colligitur etiã quòd erit attenden. an culpa fuerit ordinata ad casum, uel non: uel si soluens soluerit debitum a se promissum, uel non. Sed attẽditur si per dolum culpam, aut delictum, uel alterius iniuriam aliquis quisque soluere coactus fuerit. Nec obstat, quod quis puniri non debeat in
48 eo quod non deliquit, quia ut dixit Ang. in l. uerum. nu. 11. ff. de fur. quãdo actus ad plura delicta si habere potest delinquentis odio, semper fit interpretatio in duriorem partem contra eum, per Din. in c. in obscuris. de reg. iur. in 6. Vel hoc obiectum procederet si ex aliquo delicto alius non lederetur præterquam offensus: sed quia ex hoc delicto ser Poscius qui nihil deliquit damnificaretur, ideo æquitati magis erit consonum, ꝙ delinquens potius in plus puniatur, quam illc qui nihil deliquit ob alterius delictum in aliquo puniatur, per ea quæ not. Aluarot. in c. 1. nu. 3. an remouendo sint testes. in usi. feu. dicens, quòd qui non peccauit, non meretur pœnam, per l. absentem. ff. de pœn. & facit. uulgata regula. quòd de duobus malis minus est religen. & quia ut dicit Anch. in d. consi. 52. num. 2. delicta suos debent tenere authores, & ad propinquos & familiares extendi non debet quos reos sceleris societas non facit.
49 Et ista respõsio iuri † congrua uidetur, quia ut dicit Ang. in l. cum qui. §. Papinianus. ff. de fur. in odium delinquentis attenditur quod euenire potest: quare ex quo euenit, quòd ser Poscius condemnatus fuit in pœnam uiolatæ treugæ ob uulnus illatum

illatum ab Horatio in fabritium: meritò ipse delinquens tenetur ad damni emendationem ipsi ser Poscio.

SVMMARIVM.

1 *sententiæ verba sunt stricta intelligenda.*
2 *Obligari quis non potest sine eius consensu ex alterius facto.*
3 *Carcer æquiparatur loco pro carcerare assignato.*
4 *Subrogatum sortitur natura eandem, & vim in cuius locum subrogatur. etiam si in aliquo discrepet.*
5 *Aequipolentium idem est iudicium.*
6 *Fideiussor liberatur stante carceratione principalis.*
7 *Fideiussor de repræsentando aliquem totiens quotians, lata sententia adhuc remanet obligatus: & si illum non repræsentet ad pœnam tenetur etiam si centies illum repræsentaret.*
8 *Dictio Totiens denotat infinitatem.*
9 *Moderator & arbiter quilibet in re sua est.*
10 *Iniuria non fit volenti.*
11 *Iudice suscipiente reum in eius custodiam nõ liberatur fideiussor.*
12 *Inducta ad augendam obligationem non debent contrarium operari effectum.*
13 *Illatio ex diuersis non fit.*
14 *Aequiparatio de carcere ad locum assignatum pro carcere non valet.*
15 *Carceratus qualiter intelligitur.*
16 *Carceratus non dicitur stetisse qui facultatem habuit eundi, quò vult.*
17 *Carcer ad custodiam deputatur. & vt foga euidetur.*
18 *Subrogatum non sapit natura, subrogati quando qualitas.*
19 *Extensio non fit de vno casu ad alium quando adest minor ratio.*
20 *Fideiussor quando promisit pro reo eius custodiæ reus committitur.*
21 *Extensio non fit, nisi in proportionalibus.*

QVAESTIO. XXVIII.



VBITATVR si præsbyter Hieronymus, qui Andream eius nepotem repræsentare promisit totiens quotiens, &c. an post latam sententiam illum repræsentare tenetur; & si non repræsentet, pœnam promissam soluere debeat. Ex quo postmodum in iu-

dicio

dicis sentētia Andreæ præceptum factum fuit, ne exire debeat fideiussoris domum loco carceris ei assignatam, sub pœna duplicata donec aliud a iudice in mandatis habuisset. Inuocataq; prius Spiritus scī gratia, uidetur dicendum, quòd ex quo cōminatio facta fuit Andreæ, & non fideiussori, debet etiam Andream tantùm comprehendere, de quo solo sententia locutà est, & non fideiussorem, argu. l. maritus. in fi. C. de procu. & ibi glo. fi. l. cum prætor. ff. de iud. uerba enim sententiæ strictę in-
1 telligēda † sunt, nec ex eis aliquid inferri potest, plusquam necessarium, ut not. Bar. in l. Iulianus. nu. 5. ff. de cond. inde. Paris. in consi. 5. num. 19. uolum. 2. & nunquam persona extrinsecus subintelligitur. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de uerb. oblig. Et ex hoc infert, urquòd fideiussor, qui in sui custodiam principalem non recepit, nec se immiscuit, ut in eius domo stare deberet, minime posse dici fuisse ī culpa, si principalis ab ea aufugit: dato, quòd domus sua, citra tamen eius consensum, loco carceris principali assignata fuerit. Aliàs sequeretur absur-
2 dum, uidelicet aliquē in sui † præiudicium obligari posse sine eius consensu, ex facto seu alterius delicto contra l. in quibuscunque negotijs, ff. de actio. & oblig. Et tamen factum ab vno, alteri nocere non debet, secundum Bal. in l. ex duobus. nu. 26. ff. de duob. re. Accedunt notata per Ange. in l. 2. in princi. uersic. in tex. ibi sistendum. ff. de custo. reo. ubi uidetur æquiparare
3 re carcerē loco pro carcere assignato. Et nihil † interest quoad iudicem seu leges quem dici carceratum, aut in domo quæ sit
4 loco carceris: † quia subrogatum sortitur eandem uim, & naturam eius in cuius locum subrogatur, & ut not. glos. in l. si eum. §. iniuriarum in uerbo data. ff. si quis cau. c. ecclesia. lo 1. ut lit. pen. etiam si in aliquo discreparet, ut refert Tiraq. de retract. Lignagier. §. 1. glo. 10. nu. 83. Ideo Andreas è carceribus aufu-
5 gisse uidetur. Et † æquipolētium idem est iudicium. l. si mater.
6 ubi. glo. & Bar. C. de insti. & substi. Et pro † ista opinione quòd fideiussor liberetur ob principalis carcerationem uidetur fuisse Bartholo. de Capua. in d. l. 2. ff. de custo. reo. & Io. Andr. in addi. ad Spec. in tit. de accusatione. §. sequitur in additione, quæ
7 incip. exceptionem Odofredi. Quibus † tamen non obstantibus contraria opinio de iure uerior esse uidetur, quòd fideiussor de repræsentando aliquem totiens quotiens, &c. lata sententia adhuc sit obligatus, & si illum non repræsentet, ad pœnam

promissam teneatur,ut affimat Dyn.in consi.39.& Bar.in l.si quis reum,nu.2.ff.de custo.reo.quem sequitur Nellus in trac. bannito.in prima par.secundi temporis.uersi.quartodecimo, num.14.& Bon.Viteli,in tract.male.tit. de comparitio. accusa.Lucas de penna in l.si quis decurio,num. 13. C.de decurio. lib.10.Roma.in consi.15.plura,in fi.& Marsi.in rubr.de fideiusso,nu.140.& 141.& in sua pratic.crimi.in.§. attingam.nu. 55.ad hoc deducit Bal.in c.contingit.nu.20.de dol.& contu. tenentem per rei principalis capturam fideiussorem non liberari, sed utrunq; teneri. Et istud non esse mirum, quia licet sit deuentum ad capturam,non tamen per hoc est satisfactum. Et e contra,si fideiussor captus esset,reus quoq; capi posset. Et quia obligatus totiens quotiens, & ad libitum iudicis repræsentare reum, non solùm bis sed centies teneatur eum exhibere tam ante sententiam,quàm pòst,donec exequutioni demãdetur uoluerunt Pau. Cast.& Alex.in l.2.§.fin.ff.qui satisda. cogan. & Imo.in l.si finita.in prin.ff.de dam.infec. Et ratio est,quia ista
8 uerba Totiens Quotiens denotãt † infinitatẽ,secundum Tiraquel.in l.boues.§.hoc sermone.in 25. limita. nu.2.ff.de uerb. signifi. Et ideo si fideiussor sub hac amplissima uerborum forma, uoluit se obligare utiq; obligatus remanet: cum in re sua
9 quilibet † est arbiter,& moderator.l.in re mandata.C.manda. & ista fideiussoris obligatio in hac amplissima forma dicitur perfecta, quia ad perficiendum quemcũq; actum uoluntas cũ potestate sufficit.c.cum super Abbatia.de offi.deleg. Et uolenti non fit iniuria.l.1.§.vsq; adeo.& ibi Bar.nu.2.ff.de iniur. si
10 cut etiam per actum † factum uolenti quis nõ incidit in pœnã, Bar.in l.amplius non peti.nu.6.uersi.uenio.ff.rem rat.hab.Et ideo fideiussori uolenti eo modo se obligare, non fit iniuria si
11 pœnam soluere cogitur in euentum, quòd non † repræsentet reum totiens quotiens a iudice requisitus fuerit,etiam si iudex illum custodiendum suscepisset.Et multò magis in hoc casu tenetur illum repræsentare ex quo iudex illum non recepit sub sua custodia,sed potius fideiussoris custodiæ dereliquit auth. multò magis.C.de epis.& cle. Neque obstant in contrariũ deducta.& primò, quod ex quo comminatio principali, & non fideiussori facta fuit, ipsum tantùm principalem comprehendere debeat,quia uerba sententiæ sunt strictè interpretanda. Et licet prædicta sint uera,per hoc non tollitur,quin ipse fideiussor

iussor ex suo promissione remaneat obligatus:& sic non sequitur, Praeceptum est factum principali de non egrediendo fideiussoris domū, ergo fideiussor, a sua obligatione est liberatus: quia ista poenae iniūctio accumulatiue, & non priuatiue fideiussoris obligationi accessit: & ut reus multo magis obligaretur,& iudicis mandata obseruaret. Et ideo inducta ad augen-
12 dam † obligationem nullo modo debent contrarium operari effectum: quae esset fideiussoris liberatio ad absoluendum reū, & liberatio ad absoluendum fideiussorem dirigantur. Et cum
13 haec sint diuersa:† ideo de uno ad aliud recta nō fit illatio, l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerb. oblig. Nec aduersari uidentur nota. per Ange. in d. l. 2. in prin. uersi. in tex. ibi sistendum. ff. de custo. reo. ubi aequiparare uidetur carcerem loco pro carcere assignato: Quia respō
14 detur dictam aequiparationem † procedere non quia idem uerè sint: sed quia sunt eiusdem effectus, ut in simili dicit Dec. in l. si quis obligatione. nu. 9. quem sequitur Hieronymus Cagn. num. 4. ff. de reg. iur. quantum ad hoc, ut quis in utroq; casu sistere dicatur in iudicio: sicuti etiam ille qui promisit in iudicio sistere, licèt sistere dicatur,& cum eo ad interesse, & poenā agi possit si non sistit. l. si. ff. si quis in ius uoca. non ierit. nihilominus iste talis non erit carceratus, quia, ut inquit tex. in l. succuritur. ff. ex quibus cau. maio. quem allegat Modestus Polento. in uolum. 2. consi. crimi. uario. docto. consi. 84. nu. 16. carcera
15 tus dicitur,† qui in aliquo loco distinguitur, uel in vinculis de-
16 tinetur. Neq; secūdum † eum, in carceribus stetisse dicitur qui facultatem habuit eundi quò uult. l. 1. §. subuenitur, & ibi not. Ang. ff. ad Tert. Et similiter Alex. in l. si ut certo. §. custodiam. in addi. ad Bar. ff. como. uult carceratum dici cui assignatur lo
17 cus de quo exire nō possit. Et sic† carcer ad custodiam desputatur,& ut fuga euitetur,& non ut quis ad libitum exire possit, secundum Gem. in c. si clericus. num. 3. de senten. excom. in 6. Vnde ille qui facultatem habet eundi quò uult: non dicitur carceratu . Et licèt Ang. dicat, quòd reus melius respōdet permanendo in carcere, uel alio loco sibi assignato pro carcere, quam sistendo in iudicio: per hoc non dicit, quòd ille locus sit carcer. Et si hoc diceret, contrariaretur deductis per
18 ipsum. in d. §. subuenitur. Minusq; obstat,† quòd subrogatum sapiat naturam eius in cuius locum subrogatur. Quia secundū

Alex. in consi.106.nu.17. uolum.3. ista regula non procedit quando adest diuersa qualitas prout hic per supradicta extare uidetur. Neq; æquipollentia aliqua inter carcerem, & locũ pro carcere assignato inesse uidetur. Immo sumus in diuersis
19 casibus: & minor † ratio est in uno quàm in alio. Et ideo extensio non fit.l.leg.Iulia.§. hoc capite primo.ff.de rit. nup.c. fi.de transla.prela.cum pluribus concordan.per Aymo. Grauet.in consi.6.num.10.& in consi.17.num.2.& in consi.176. num.2.uol.1.ubi dicit, quòd tota materia extensionis fundatur in rationis identitate, qua cessante extensio cessat. Et quod est fortius, extensio non fieret si dubitaretur eandem rationẽ in utroq; casu esse: ut per eum in consi.67.num.6. uol.1. sed in præsenti casu non solùm extra casum dubitabilẽ sumus, uel in quo sit minor ratio, uel quòd unus parũ discrepet ab alio: sed sumus in casu claro, ubi non est eadem ratio: Et ideo extensio fieri minime debet, secundum cumulata per eundem in consil.284.nu.3.uol.2.& Dec.in consi.444.num.17. Et quòd nõ
20 sit eadem ratio, patet: nam † quãdo fideiussor pro reo promisit; eius custodiæ reus committitur, ut habetur in d.deci.130. nume. 2. Quare si curia facit cum carcerare renuntiat custodiæ fideiussoris, & in suam custodiam reum recipit, ut ibi habetur: sed hic curia in cuius custodiam reum non recipit, & nihil ei imputari potest. ergo sumus in casu penitus diuerso. Et licèt ex ista assignatione domus loco carceris fideiussor obligari non potuerit: tamen obligatus remansit ex obligatione in qua promisit de repræsentando Andream totiens quotiens, &c. Et ex his plura contraria cessant. Et cum sit diuersa
21 ratio in uno casu, & in altero, extensio fieri non debet quæ: nõ fit nisi in proportionabilibus, & quatenus casus possit alteri adaptari, secundum Alex.in d.consi.106.num.19.uolu.3.

SVMMARIVM.

1 *Socius dicitur qui admissus fuit in societate.*
2 *Societas super vna negotiatione fieri potest.*
3 *Socius pæcuniam societati debitam potest accepto ferre.*
4 *Mandatum habẽs ad recipiendum solutionem, non dicitur habuisse mandatum ad remittendum eam.*

5 *Socius*

5 Socius socios obligare non potest nisi factum per eum in cōmunem vtilitatem versum fuerit.

6 Socius in præiudicialibus ex facto alterius socij non obligatur.

7 Acceptilatio vim remissionis,& solutionis habet: ideo socio nocere non potest.

8 Creditor in causa mera lucratiua in qua nullus de suo quicquam posuit,potest remittere per pactum gratuitum,quod sibi & alijs creditoribus debetur.

9 Solutioni adiectus si facit pactum de non petendo, vel innouando non præiudicat socio.

10 Socius potest facere liberare socios, sed ipse non potest liberare societatis debitores.

11 Socio demandata uidentur,quæ societati expediunt.

12 Mandatum habens ad recipiendum solutionem,non dicitur habere mandatum ad eam remittendam.

13 Satisfactum dicitur eo modo quo creditor voluit.

14 Satisfactionis, vel solutionis appellatione venit remissio.

15 Statutum loquens de solutione verificatur in confessione.

16 Statutum vtens verbo solutionis, extenditur ad debitum remissum,& ad quamcunq; liberationis speciem.

17 Sententia absolutoria ex causa societatis pro vno correorum debendi lata,parit exceptionem rei iudicatæ respectu aliorum.

18 Statutum loquens de confessione verificatur in confessione ficta.

19 Statutum licèt pœnale ex rationis identitate extenditur ad similes casus etiam fictos: vbi casus verus, & fictus æquiparantur per ius commune.

20 Compensationem opponēs debiti iam soluti incidit in pœnam statuti loquentis de eo qui debitum iam solutum petijt.

21 Debitum iam solutum potens,& exigens æquiparantur quo ad pœnam.

22 Statuto existente in quo certi iudices pro pauperibus deputantur coram illis, pauperes etiam reconueniri poterunt.

23 Satisfactionis verbum est magis generale quàm solutionis.

24 Satisfactionis verbum in dispositione legali prolatum accipitur pro quacunq; satisfactione.

25 Statuto disponente, quòd si condemnatus infra decem dies non satisfecerit,amputetur sibi pes: si infra terminum pignora, vel fideiussorem dederit,sufficit.

26 Dictio Quomodolibet est vniuersalis,quæ comprehendit illa, quæ

aliàs non comprehenderentur.

27 Constitutiones strictè interpretari, & intelligi debent, in casu vero, & non ficto.

28 Remittens dare videtur iuris fictione, & æquiparantur: nõ quia vere idem sint, sed eiusdem effectus.

29 Rubricæ verba constitutionem declarant.

30 Rubricæ verba interpretantur nigrum.

31 Proœmij constitutionis verba mentem, & voluntatem disponentium ostendunt.

32 Vniuersalia verba restringuntur ad id, quod est æquum, ne indebitè quis damnum patiatur.

33 Periurij pœnam euitare volens debet, vere soluere, & satisfacere, & non remittere, seu ficte confiteri.

34 Causa non solùm iusta, sed etiam iniusta dummodo colorata quem excusat à dolo, & à pœna.

35 Solutioni adiectus debitorem liberare non potest.

36 Socius potest facere liberare socium, sed societas debitores liberare non potest.

37 Statutum vtens verbo solutionis, quando extendatur ad debitum remissum, & ad quamcunq; liberationis speciem.

38 Statutum pœnale ex rationis identitate quando extendatur ad similes casus, & fictos.

39 Solutio & pactum de non petendo à iure non æquiparantur.

40 Statuta casum verum, & non fictum requirunt.

41 Satisfactionis verbum est magis generale, quàm verbum solutionis: tamen non comprehendit pactum de non petendo.

42 Dictiones vniuersales quomodolibet, & quocunq; modo sunt ampliatiuæ, ad ea tamen, quæ sunt eiusdem generis.

43 Statuta sicut large ad euitandam pœnam interpretantur: similiter ad eam euitandam debent stricte interpretari.

44 Contrariorum eadem est disciplina quando eadem inest ratio.

45 Pœnitentiæ locus non est in petente debitum iam solutum: nisi ante litis contestationem.

46 Conuictus dicitur ille, qui metu probationis confitetur.

47 Statuto existente, quòd si quis sentẽtię exequutionem petierit, incidat in pœnam: intelligitur, si eam petierit, & ad finem produxerit.

48 Consumatio delicti requiritur quando pœna à statuto imponitur.

QVAE-

QVAESTIO. XXIX.



DVBITATVM uenit, an Tigrus fuerit socius Iulij Carelli, & si in eius prgiudicium remittere potuerit Cõmunitati Montis S. Georgij salmas quinquagĩta frumẽti debitas præfato Iulio. Et utrum constitutio loquens in petente debitum iam solutum: extendatur ad debitum remissum. Et an exactio debiti iam soluti requiratur, adhoc ut quis in pœnam constitutionis incidat.

INuocatis Iesu Christi Domini nostri, & eius beatissimæ Virginis matris Mariæ nominibus, omnia breuiter resolue
1 re nitar. Et quoad primum, quòd† fuerit socius, uidetur, ex eo, quia admissus fuit in societatẽ: ad hoc facit.l.qui admittitur.ff.pro soci.& similiter declarat Ias.in consi.33.colum.3. uersi.quinto facit.uel.3.Paris.in consi.82.num.4.uol.1.Et su-
2 per† una negotiatione societas fieri potest l.1.& l.societas cõtrahitur.ff.pro soc.& sufficit si in ea capitale, uel opere interueniant, secundum Paris.in citato consi.num.70.Et ex conse-
3 quenti † socius pœcuniam societati debitam accepto ferre potest.l.& per ius iurandum.§.fi.& ibi glo.fi.& Ange.ff. de acceptila.l.si unus.in princ.ubi Doctores, & maxime Ange. nu.6. uersi.sequitur in glo.sed aliud in acceptilatione. ff.de pac.dicens, acceptilationem per vnum ex reis credendi factam, liberare debitorem ab omnibus creditoribus. Ratio est secundum eum, quia sicut ei licuit solutionem recipere: ita etiã licuit accepto ferre:& est casus.in l.si ex pluribus.ff.de acceptila. Et talis facultas remittendi uidetur mandata secundum Bar.in l.nemo ex socijs.ff.pro soci. In contrarium autem quòd non fuerit socius, sed solutioni adiectus seu negotiorum gestor, patet ex eius depositione: ubi dicit, ꝙ a Iulio deputatus fuit adexigendũ frumentũ siue granum à Cõitate, & illud uendendum, & ꝙ de utilitate ex dicto grano proueniente ipse Tigrus tertiam partem haberet. Et in rei ueritate, quod nõ fuerit socius: apparet etiã, quia illi in societate admissi dicuntur qui aliquid in ea ponunt, & pro ea portione de cõmodo, & incommodo participant, ut habetur in l.si non fuerit.§.fi.cum.l.sequenti.ff.
